niū. C. de testi. testimoniū. Utile est tñ tūc ab eo querere cām sui te-
stimonij: q̃ si dicit. Ego scio, q̃ nullus dubitat: vel scio ꝙ dicū di-
cūt: nō v; eius testimoniū: q̃ sufficientē nō reddit causam sui testi
monij. Si tñ non querat de causa, v; eius testimoniū, per ea, q. s.
dicta sunt. Si res, vel factū subijcit sensui auditus, d; cām redde-
re per sensum audit⁹: vñ si queritur an cantet alte vel basse, bñ vel
male, reddet cām, q̃ audiui. Itē si queratur de materia, de qua ꝗs
cōtionat⁹ est, d; rñdere per sensus visus, vel qūo scis ꝙ talis talē
rem obligauit. Si testificando subijcit sensui gustus, d; deponere
de sensu illo. Si querit an res sit dulcis vel amara, debet responde
re, quia gustaui: huius enim nō est nisi vna causa. Si testificando
subijcit sensui odoratus, debet queri causa de illo sensu: nam si que
ritur an sit boni odoris, vel fetidi, non potest alia cā reddi, nisi q̃
odoratus sui. Similiter si testificando subijcit sensui tact⁹, vel pal
patus, debet causam reddere de illo sensu: vnde si queritur an res
sit leuis, vel aspera, d; respondere, Scio q̃ tetigi eam. Potest tñ
iudex idē querere de alijs circunstantijs: quomodo scis ꝙ sit ma-
li odoris: an ibi essent alie res vicine, de quibus posset venire odor
malus: vel an esset plen⁹ vino, vel cibo: vñ potius ex se exhalat ma
lū odorē, quam ex speciebus haberet: ⁊ hoc est idem in alijs, si emit
tantur: nam minus valet testimonium. Per hoc dicit Inn. quod
si materia, super qua testificando non subijcitur sensui sensitiuo te-
stis, sed rationabili tantū, ita qd rationi non presentetur per sen-
sum sensitiuum, ꝙ non valet eius testimoniū, nec de hoc interro-
gandus est. Unde si queratur an talis sit dominus talis rei, vel an
sit iracundus, vel ebriosus, non tenet respondere: q̃ aliquo sensu
corporis talia capere non pōt, sed oculis mentis illud apprehen-
dit: nā ratio ex his, que apprehendit sensu corporis, potest iudica-
re eum ebriosum, iracundū: sed oculis mentis, ⁊ rationis hoc ap-
prehendit, ⁊ iudicare per rationem, ⁊ mentem, nō est officiū testis,
sed iudicis, nisi causam assignet. Ideo in talibus est cōclusio, ꝙ si
causas nō assignet per iudicium rationis, nō ꝓbat: Scio quia est
dominus: q̃ ex actis collegi ꝙ erat ebriosus. Si autē causas assi
gnet facti, ex quibus concluditur mens qd intendit, tunc probat:
vt si dicit. Scio ꝙ est domin⁹, q̃ fui presens vbi emit lanā, de qua
fecit pannū: tunc valet testimonium, non ratione partis, qua dixit
eū dominum, qd videre non potuit, nec iudicare: sed ratione par-
tis secunde, q̃ assignauit causam sui iudicij, per que concludit te-
stē attestari posse de his, que percipit aliquo ex sensibus corporis,
absq̃ discursu rōnis, ⁊ iudicio ratiōis. Itē potest attestari de his,
que cōsistunt in iudicio rationis, si illa capere potest aliquo medio
facti subiecto alicui ex sensibus corporis: l; sensus corporis iunct
cū iudicio rationis: ⁊ non est malum qd si testis ex his, que appre-
hendit sensu corporis, sed hñ de illis iudicat ex sensu rationis, qd
iudex concordet cū eo, si sufficiētes assignat causas, per quas con-
cluditur dictum. Uidetur tñ quod sufficit ad probandum domi-
niū, si testis dicat vidisse illum se gerere pro domino talis rei tan-
to tēpore ꝙ prescripsisset, qd probet vtile dominium: hic non di-
cat causam: quia non queritur ab eo: q̃ gerere se pro domino tan-
to tēpore plus est facti, quam iuris. Similiter si dicat aliquē iracū
dū, vel ebriosum: hoc est iudicium rationis plus, quam sensus, ⁊ sic
non probat. Hoc puto, nisi aliam causam facti alleget: vt q̃ vidit
eū intolerabiliter bibere: ⁊ postea subiūgit ꝙ vidit eum vacillan
ter ire in itinere, ⁊ in verbis habentē linguam nō expeditam. In-
quantū dixi testimonium valere, quando sensibile est factum sensu
corporis, si iungatur iudicio rationis, illud procedit, ⁊ fortius, quā-
do factū subijcitur equaliter ⁊ sensui corporis, ⁊ sensui rationis: si-
cut si dico, Talis tali tēpore possedit: nam ⁊ possessio aliquid iuris
habet. de conces. preb. cum nostris. tamē hoc dictum intelligitur,
possidebat, ⁊ tenebat: vt in dubio eius dictū referatur ad factum:
⁊ sic est cōmunis intelligētia huius verbi. arg. j. de spon. ex literis.
Aut ergo est apprehēdibile ex toto, ⁊ principaliter sensu corporis
accedēte, ⁊ cōfirmante sensu rōnis: ⁊ v; testimoniū, si assignat cau-
sa talis apprehensionis. Aut est apprehensibilis ⁊ sensu rationis
principaliter, l; in cognitionē eius possit transiri per sensum cor-
poris, ⁊ v; testimonium: ⁊ in dubio censetur se retulisse ad sensum
corporis, maxime quando ille sensus est cōmunis. Idem no. Jo.
An. de fi. instru. cū Joannes. Aut substātia est apprehēsibilis sen-
su corporis, l; moderatio ⁊ excessus sit in quantitate determinabi-
li sensu rōnis: ⁊ adhuc valet dictū. Unde cantus apprehendit sen
su corporis: cantus, bonus, vel malus apprehēditur sensu rōnis,
valebit

valebit testimonium qꝛ audiuit qḋ bene cātabat vel male: sic est de inspirationibus corporis, an quis sit frigidus vel nō: an aliqua sit arcta vel non: qꝛ talia apprehenduntur ex indicio rōnis, sic ⁊ testificantibus peritis in arte: nā aliqui sunt in talib⁹ peritiores alijs, tñ sufficit, vidi frigidum vel arctam: qꝛ hoc apprehendit sensu corporis: licet quātitas intellectus surgit a iudicio rationis: vnde aliquis in auditu habet perfectiorem auditum alterius mediante rationis intellectu, ⁊ perfectiorem visum alterius mediante intellectu rationis. Ratio inquantū perficit sensum, nō tollit apprehensionem per sensum, sed sensum perfectiorē reddit in apprehēsione sensu corporis, ⁊ sic apprehēdit per eum: hinc est qḋ magis in visu credit de visu a proximo, quā a remoto: ⁊ magis de auditu a proximo, quam a remoto: qꝛ perfectior tūc est sensus: sicut ⁊ ratio iuuat sensum, nō abstrahit iam a sensu: iudicium aūt certum qḋ illud immediate nō apprehendit solo sensu corporis: ideo nō valet dictum, Scio ipsum esse dñm. ff. de interro. acti. l. plerunqꝫ. Sed est dubiū. si res proportionatur duplici sensui, an sufficit testem cām assignare in altero. Tex. videt qḋ vtroqꝫ sensu reddi debēt. de ꝯsue. c. ij. ij. q. v. in oībus. xxiiij. q. ij. c. j. Casus ꝯtra de suc. ab inte. c. si. Et hoc est verum inquātum proportionatur vtriqꝫ sensui distributiue: qꝛ sic per visuꝫ, sicut per auditū capi pōt. ¶ Idē si requirit copulatiue vtriusqꝫ sensum, ⁊ deponit per visum: ideo in ꝯfessione ⁊ professione pōt dicere. Scio qꝛ vidi ⁊ pōt dicere. Scio qꝛ audiui. Sed si est subiecta res sensui visus ⁊ audit⁹ copulatiue, ⁊ ꝯiunctim, tūc deponēdo de solo auditu nō probat, vt dixi. s̄ e tā literis. ⁊ no. Arch. xxij. q. v. hic videt. vt in testificāte de visu donationis ⁊ traditionis. Si aūt est ꝓportionabilis sensui auditus tantum, ⁊ deponat de visu, vel alio sensu. Io. iij. q. ix. nihilo minus. ⁊. c. testes. dicit qḋ valet dictum, qḋ sensus visus est cōmunis quo ad oēs sensus: qḋ audio, video. De quo plene, ⁊ pulchre p Spe. i Spe. de teste. §. opponit. ver. itē qḋ nō prohibet. Ad hoc tex. v. q. vij. beati. Inter ceteros tamē sensus, validior, ⁊ ꝑfectior est sensus visus: qꝛ sic de facili nō fallit. xxiiij. q. j. nec aliqui. xxiij. q. iij. qḋ aūt. Per hoc arguit qḋ probatio visus ꝓbationi auditus ceteris parib⁹ prefertur. qḋ no. Per hoc ptꝫ qd de ceco an possit testificari de ꝯtu, Dicit Spe. qḋ sic, ti. de teste. §. j. vñ. sed nunqd cecus. vt Io. iij. q. ix. testes. dum tñ habeat notas voces. Ad hoc qḋ no. l. l. ij. §. idē Labeo. ff. de aqua plu. arcen. ⁊ de cōsue. c. ij. Et qd si duo attestentur, ⁊ nō sint cōtestes in sensu percipiēdi, qꝛ vnus per auditum, alter p visum, vt mutus ⁊ cecus, an ꝓbēt. Io. qḋ sic. iij. q. ix. §. de his. ⁊ est casus de suc. ab inte. c. si. qꝛ nō exigit qḋ sint cōtestes in causa percipiendi, cum quilibet testis in hac cā sit singularis, quocunqꝫ depōnat, ⁊ causa ꝓprij sensus non sit aliena: vt no. Barto. in. l. j. ff. quemadmo. testa. aper.

19 ¶ † Nunquid autē in causis debeant esse cōtestes. Vide Innoc. de accu. qualiter, ⁊ qñ. ij. Et an possit testificari de his, q̄ nō vidit, sed indubitanter nouit sic esse. Vide Host. de iura. calū. causam. iij. qḋ. ix. testes. Vide de hac materia gl. in Spe. de teste. §. nunc tractādū. versi. vt autē. ⁊ versi. seq. cū suis remis. que predicta vt plurimum decisit Io. an. ⁊ qꝛ spectant ad materiā. hec ꝓcedūt in teste. Dubiū est de notario, quibus sensibus attestet scribēdo instrm̄. Spe. in ti. de instru. edi. §. restat. versi. sed quō. dicit ꝙ attestabit de duobus tm̄, de sensu visus, ⁊ auditus: ⁊ ibidē Io. an. in addi. Per q̄ dicit ꝙ aliq sensus cōueniunt testi, vt hic, nō notario Per q̄ dicit ꝙ notarius, q gustauit rē fetidā, vel amarā, de hoc nō pōt ꝯficere instrm̄, de dicto eius, q gustauit: fatetur tñ ꝙ sua assertio iuuaret dictum asserentis: vt si diceret, Tale vinū fuit dulce, vt mihi dixit talis in presentia talium: ⁊ ego gustaui, ⁊ sic erat: ⁊ hec assertio multū iuuat. Ad hoc qḋ dicit Inn. de vacillatione testis. s̄. de proba. qm̄ ꝯ falsam. Per que dicit ibi Io. an. ꝙ ad dictum interpretis mediatoris nō pōt cōficere instrm̄ inter duos diuersarū linguarum de cōtractu, lꝫ possit de verbis interpretis: lꝫ em̄ per dictum interp̄tis contrahētes diuersarū linguarum cōtrahere possunt, de ver. obli. l. j. in fi. de spon. ex literis. tamē cōtractus nō cadit in sensum notarij, vel testiū, idō nō pōt cōficere instrumētum, nisi de dicto interpretis. Si tñ notarius ⁊ testis alterius linguam intelligerent per aliqua signa iuncta cum verbis interpretis, posset cōtractus intelligi, ⁊ de illo cōfici instrumētum: vt si Grecus exposuit equum venalē, interpres ꝓ Latino offert certum pretium, ⁊ finaliter cōcordāt, ⁊ Latinus pretiū sibi numerat, ⁊ ille tradit sibi equum: satis p hoc intelligit contractus venditiōis. Quomodo autem testes diuerse lingue testificent, no. in. l. j. in fi. ff. de verb. obl. ⁊ qualiter examinentur.

20 ¶ † Quero an habeat testis interrogatus de qualitate persone responderꝫ de ea, per quam detegitur inhabilis ad testificādū. Gl. hic cōcludit ꝙ si interrogatur de honestate sua, respōdere habet. iiij. qḋ. iij. §. solā. xxiiij. q. iij. si habes. in aut. de testi. §. ⁊ lꝫ ꝯ dudū. iiij. q. iij. §. i. Si interrogat an sit criminosus, an habeat respondere. arg. ꝙ sic: quia iste sunt circunstantie, ex quibus redditur nullū testimoniū: ideo respondere dꝫ, vt hic. ⁊. ff. eo. l. iij. iiij. q. iij. si testis. Ad hoc, qꝛ testes, ⁊ ordinandus equiparantur. ij. q. vij. ipsi apostoli. ⁊. c. testes. sed ordinandus respondere cōpellitur: ergo ⁊ testes. 50. dist. ex penitentibus. xxiiij. dist. c. si. In contrariū arguitur: qꝛ nemo cogit se ꝓdere. de pen. di. j. nō tibi dico. Gl. concludit ꝙ si interroget de his, que habemus. iiij. q. iij. si testes. ⁊. C. e. l. ij. qḋ respōdere tenetur: de alijs autem, nec de consuetudine, nec de iure respōdere tenet. Io. ij. q. vij. querendum. dicit ꝙ debet respondere an sit habilis ad testificandū in genere. ff. de questio. l. j. §. questione. Recitat alios dicere qḋ etiam potest querere an sit liber, vel seruus. Inno. de elec. dudū. dicit ꝙ de crimine interrogatus rñdere cogitur, nisi penitentiā egerit: si non egit penitentiā, rñdere cogitur: ⁊ hoc: qꝛ primo casu nō repellit a testificando ꝓpter crimen. de testi. testimoniū. Dicit, si querit an debeat iudex ex se inquirere de habilitate, vel inhabilitate testis, an sit habilis ad testificandū. Dic ꝙ sic, qñ est ignotus. vel suspectus: vt no. Io. in. d. c. querendū. Inno. de accu. inquisitionis. ⁊ queret ab alijs, vt ibi dicit Inn. ⁊ summatim. s. sine solennitate. ij. q. vij. terminationes sequi. ⁊. c. querendū. Si est notus, nō hꝫ inquirere: qꝛ de quolibet noto presumendū est bonū, nisi aliud ꝓbetur. de presumptio. ⁊ no. Inn. ⁊ Io. in loco prealleg. Si querit an iudex debeat interrogare testē: si querit an possit interrogare in genere, an possit esse testis, ⁊ possit interrogare: vt notat Io. in. d. c. querēdum. Si querit an possit interrogare de his, q̄ habent in. l. iiij. ff. eo. ⁊ in. c. si testes. iiij. q. iij. Gl. dt hic qḋ interrogari potest an sit decurio, vel pleban⁹, an honeste, an inculpate vite, an sit notatus vel reprehensibilis, an locuples an egen⁹, an lucri cā faciat, ⁊ an inimicus vel amicus: dic de alijs inhabilitatibus a crimine potest interrogare, ⁊ respondere tenetur. Et hec est conclusio Spe. in Spe. de teste. §. iā de interrogatorijs. ad fi. ⁊ versi. porro. vbi enumerat multas interrogationes, ad quas rñdere tenet: postea ponit clausulā quo ad oēs, q̄ reddunt inhabilē. Si nō interrogetur de crimine, an de illo postea specifice interrogetur, dubitat. Inter ceteras autē assignat vnam, vt interroget an verba mala habuerit cū aliqua ex partibus. Itē de sua etate. Itē an prece, vel pretio sic testificet: an causa lucri, vel damni: an sit inimicus, vel amicus: an alterā partem magis diligat, ⁊ quā vellet obtinere. Item addit de honestate: ⁊ sic practicatur. Puto etiam interrogare an sit diues, vel pauper. Dicit tñ ꝙ hic respondere non tenet, nisi sit euidēs paupertas. l. ij. C. qñ, ⁊ qui. quar. pars deb. Ibi Io. an. post Gui. de Suza. cōcludit ꝙ potest interrogare, ⁊ respondere tenet ad omnia, que suam turpitudinem non detegant: sed ad illa, que suam turpitudinem detegunt, respondere non tenet: vt crimen, infamia, excommunicatio, ⁊ similia. Secus de paupertate. Dicit tñ Spe. ꝙ licet testis non teneatur respondere, pars cōpellitur: qꝛ iuramentum calumnie ad hoc eum adstringit, cū iuret nō onerare aduersariū. C. de iuramen. calum. aut. in hoc sacramento. Igit de sua ⁊ testis infamia rñdere tenetur. De crimine autē pōt interrogari ⁊ in gñe, ⁊ in specie, ꝛm Host. hic, ⁊ Inno. de accu. inquisitionis. Si queritur an interrogare teneatur. Respondetur, si crimē est occultum, non arctatur respondere: si est publicum, ⁊ famosum, secundum quosdam arctatur respondere. Sed non plꝫ hoc Inno. s̄. de confes. c. ij. vbi dicit indistincte eum non arctari respōdere, siue sit famosum, siue publicum, siue notorium, siue occultū. Fallit ꝛm Host. quādo queritur de facto principaliter in iudicio, in quo particeps fuit, ⁊ sic interrogatur de facto suo, super eo, super quo rñdere tenetur. de elec. per inquisitionem. ⁊. c. ij. de confes. ⁊ hoc tenet Vinc. de testi. testimonium. Sed hoc nō placet Inno. in. d. c. ij. nec finaliter in hoc persistit Hosti. hic. Non obstat si dicatur ꝙ vbi cōtra aliquem agitur accusando, vel inquirendo, vel excipiēdo cōtra iudicandum, ꝙ respondere tenetur positioni criminose ꝙ publice sit conuictus, vel deprehēsus in delicto, vel cōfessus, vel infamatus: ⁊ si nō ponatur in positione, publice cogetur respondere: quia si potest ei indici purgatio, in qua oportet per suum iuramentum, ⁊ cōpurgatorum purgare, ⁊ negare se commisisse, vel fateri. ij. q. v. presbyter. multo fortius poterit induci, vt verbo simplici rñdeat. Postq̄ enim precise nō compellatur, causatiue vt habeat pro confesso, vel suspendet: quia vanum videtur non purgare se simplici verbo, qui se purgare debet, ⁊ cum multis iuramēto: quia illud ꝓcedit, quando agitur contra eum directo: hic quando excipitur contra testē: que oppositio plus est contra partem, quam cōtra testē: ⁊ quia de hoc nō agitur, nec super hoc iurauit, nec etiam se prodere debet. ij. q. j. in primis. Item quia contra istum non agitur vt denūcietur boni testimonij, sed vt repellat a testimonio, vel accusatione: ⁊ ꝓpter primū tantum indicitur purgatio. J. de purga. ca. ex tenore. Nec obstat. c. ij. de confes. qꝛ ibi respōdet, qꝛ noluit, non qꝛ cogeretur. Et sic pōt responderi ad. c. per inquisitionem. de elec. de accu. inquisitioni. Nō obstāt iura all. in gl. inquantū dicunt de accusatione: qꝛ aliud in accusatione, aliud in teste, ratione iam dicta. Itē nec iura illa debent testem cogere respondere, vel accusatorem. Nō obstāt iura, inquantū dicunt de ordinando: quia nec ordinandus debet omnia sua crimina confiteri. De quo dic vt de electio. dudum. concor. c. inquisitionem. de accu. patet. 50. dist. ex penitenti. lex. tamen illa, que ordinis, exceptionem habet. Item licet in

pluribus sit similitudo, nõ tñ in omnibus, nec in hoc: cum in ordi-
natione hoc speciale statutũ sit propter periculum anime. Tertio
est dubium, an si iudice quãq̃ de facto interrogãte, testis rñdeat,
sibi preiudicetur, vt repellatur. Uidetur ꝙ sic, ꝑ dictũ. c. cum sup.
de cõfes. ⁊ de electio. ꝑ inquisitionem. In 2riũ, videtur ei non credẽ
dum: qꝛ super hoc nõ iurauit. s. de testi. c. de testibus. Dicit Inn.
in. c. inquisitionis. qđ creditur ei nõ vt testi, vel iurato: vꝫ tñ qꝛ in
hoc magis est ei credẽdum, tanquam melius informato, qui de se
meli⁹ nouit veritatẽ, quam alter. Uel sc̃do, vt no. Inn. in. c. cũ sup.
cũ. d. c. inquisitionis. ꝙ ei creditur tanquã testi: qꝛ testis, qui iura-
uit super principali dicere veritatem, nõ dicit iurasse super omni-
bus appẽdicijs, sicut est istud, ꝙ respondeat an sic interroget te-
stes. s. de offi. deleg. preterea. ff. de iurif. om. iud. l. ij. Nam cũ iudex
debeat ab alijs inquirere an sit liber, an bone fame, ⁊ multa alia
circa personam testis, vt in iuribus all. in glo. lꝫ testis nõ teneatur
respondere, tñ si respondit, tanquam hoc sit de accessorijs testimo
nij, vꝫ testimoniũ, vt hic, ⁊ in. c. ij. de cõfes. ⁊. d. c. inquisitiõis. vel in-
quantũ testis attestat̃ inter alios testes, ⁊ exigitur ꝙ sit iuratus:
inquãtum cõtra se dictũ eius nõ est testimonium, sed cõfessio, que
nõ exigit formam iuramẽti: ⁊ sic ei preiudicat. Et sic potest intelli-
gi Inn. in. d. c. inquisitionis. ad fi. gl. ad hoc qđ ipse no. in. c. veniẽs.
ij. De hac materia habetur. ij. q. vij. querendũ. viij. q. iij. Artald⁹.
per Inno. vbi etiam dicit quid de ordinato, ⁊ accusante. de ele. dun-
dũ. de cõfes. c. ij. de accu. inquisitionis. in Spe. depositi. §. septimo.
versi. xix. in Spe. de teste. §. iam de interrogatorijs. ad finem versi.
21 sed nũquid. ¶ † Quero an exigatur ꝙ testes cognoscant litigãtes
pro quibus, ⁊ cõtra quos testificantur: ⁊ an exigatur ꝙ cognoscãt
contrahẽtes. Glo. dicit ꝙ sic: alias nõ videtur qđ congrue testifica
ri possint. in aut. eo. ti. gl. j. in aut. de fi. de instru. ⁊ eau. circa princip.
etiam si nominatim nõ cognoscant, sed sic si presentẽtur. Dicit gl.
ꝙ partes sunt testibus exhibẽde, vt eas cognoscant, ⁊ in eadẽ for-
ma, ⁊c. ff. ad exhibẽ. l. sed ⁊ si quis. §. Julianus. ⁊ hoc frequenter fit,
precipue vbi factũ est suspectũ. Jo. an. remittit ad no. per se in eo.
ti. §. j. ver. testium autẽ. ante prin. ver. item qđ nõ prohibet. Ubi di
cit ꝙ si queritur an debeant testes descripti in instrumẽto cogno-
scere partes: dic ꝙ saltem vnus cognoscere debet: ⁊ statutum est de
hoc hic. Si queritur an debeant cognoscere partes: inter quas te-
stificantur. Dic qđ glo. dicũt ꝙ sic, vt hic, ⁊. l. iij. §. j. ff. de testi. Sic
ꝙ si is, q deponit, deponit sup facto ab vtraq̃ parte, opꝫ ꝙ cogno
scat vtranq̃ partẽ, a qua actus est factus: vt. d. l. iij. §. j. nota gloss.
Imo in personali etiam exigit̃ ꝙ cognoscat vtranq̃ partẽ: in reali
secus. Hec vera quo ad testes, qui deponũt super principali: nam
si deponeret super etate alicuius incidẽter in ꝑsonali sufficeret ꝙ
cognosceret personam illam, de cuius etate dubitatur. Si autem
nõ respiciat factum alicuius partis, nõ est necesse ꝙ cognoscat ali
quem: vt si peto, quanto plus valuit frumentum a tempore more:
super tali estimatione deponere possunt testes ꝑsonas non cogno-
scẽtes. De quo per Jo. iiij. q. iij. item in criminali. Si ergo factum
applicatur ad personas ambas, vel qualitas, vel id, super quo de-
ponitur, oportet ꝙ omnes cognoscat: si ad alterum, vt illum: si ad
22 neutrum, nõ opꝫ vt cognoscat. ¶ † Quero quare exigitur ꝙ testes
interrogẽtur de tempore. Dicit glo. qꝛ si discrepant, siue in loco, si-
ue in tempore, nõ probant. iij. q. ix. nihilo minus. Inquantũ gl. di-
cit diuersitatem in tempore annullare dictũ testis: dic: si actus est
iterabilis, diuersitas in tempore cõcludit diuersos actus, ideo te-
stes nõ contradicunt: si actus nõ est iterabilis, si discordãt in tem-
pore, cõcluditur cõtrarietas. De quo. iij. q. ix. nihilo minus. Sinu-
quid autẽ ꝙ de tempore deponant, an sit de substantia ad validi-
tatẽ testimonij. Communiter cõcluditur ꝙ de qualitate temporis
an esset nubilosum, vel serenum, non est necesse ꝙ deponatur, saluo
nisi ꝓpter suspicionem hec interrogatio fieret ad cautelam, vt di-
cit gl. hic, si de tẽpore. i. de quota temporis, vt qua die, ⁊ quo anno:
si tempus est dẽ substãtia eius, de quo agitur, opꝫ ꝙ de tẽpore de-
ponant: si nõ est de substantia, tunc oportet cõsiderari ꝙ nõ est ne-
cesse qđ deponant de tempore. Si tamen de tempore interrogẽtur,
si discordent, si ambo, vel omnes determinent certum tempus, nõ
probant: quia vel singulares sunt, si actus est multiplicabilis, vel
contradicunt, si actus nõ est iterabilis. Si respondent de tempore
minus determinato: alter non determinat certum tempus: qꝛ di-
cit ꝙ fuit tali die, vel alia, tunc reducuntur ad concordiam: vt di-
cit Inn. j. de accusa. qualiter. ij. Si tamen omnes de tẽpore interro
gati nihil respondeant, est suspicio contra testes. vbi perfecte ꝓ-
bant, vt dixi. s. eo. ex tenore. ⁊ no. in Spe. de teste. §. iam de interro-
gatorijs. ver. item queritur. de hoc per Archid. iij. q. ix. nihilo mi-
nus. ⁊. d. §. iam de interrogatorijs. ver. item de tempore. ⁊ vers. seq.
ff. e. l. ob carmen. in glo. fi. Est tñ aduertẽdum ꝙ testes plus verisi-
militer recordantur de loco, quam de tempore: quia tempus de fa-
cili labitur a memoria: vt dicit Inn. in dicto. c. qualiter. ⁊ Spec. in
loco preallеg. Item, ⁊ vt ibi dicit Jo. And. in addi. in loco prealle.
idem est dicendum vt propter suspicionem etiam possint interro-

gari de die, ⁊ hora, ⁊ si vnus testiũ deponat de hora, alter de die, sꝫ
non de hora, ad concordantia sunt reducendi, vt no. in locis preal-
leg. Per hoc est expedit⁹ vnus modus intelligendi: vt ex tempore,
id est, tẽporis circumstantia, quo factum testificatus est, cognoscat
fidẽ testis. Potest etiã exponi vt ex tempore allegetur hoc, id est,
ex mora testificandi: nã si tarde, ⁊ cogitando rndet, suspicio est qđ
non dicat verum subornatus. iiij. q. iij. §. item testibus. ⁊. c. confiac-
randum. vbi illud no. Per hec dicit Jo. v. q. v. §. sed ⁊ aliud. qđ si te
stis nimium cito respondet, est suspectus: si tardet in responsione,
etiã est suspectus: debet ergo eligere medium. 50. di. ponderet. de
23 quo. v. q. v. illi qui per Pau. ¶ † Quero quid si ꝓpter impedimẽ-
tũ partis, testis nõ potest in iudicio veritatem dicere. Dicit gl. ꝙ
videtur ꝙ debeat haberi pro producto contra illum, qui facit illu
impedire, ⁊ consentit: quia si velit ꝓhibere ne tali modo impediat̃,
bene posset. j. c. constitutus. iij. q. vij. §. si quis autem. In cõtrariũ
arguit gl. j. q. iiij. quia presulatus. Hostien. dicit ꝙ si principalis,
vel alius, eo mandante, hoc facit, habetur pro producto: argu. ff. si
quis cauti. l. ij. Idem si fiat per alium amicum principaliter, ipso
principali tacente, ⁊ dissimulante: arg. de simo. veniens. ⁊ ca. a no-
bis. secus si hoc fiat ab inimico, vel etiã amico, ipso sine fraude cõ-
tradicente, vt ibi, ⁊. d. c. qꝛ presulatus. ff. qui. ex cau. in possel. ea. l. pe
nul. ⁊ adde qđ dicetur. j. e. constitutus. j. Idem tenet Cy. in. l. pu-
dendũ. C. de postu. post Ricar. de Mal. allũ. alleg. C. de probati. l. si de
possessione. Per q̃ dicit quod si aliquis mihi subtrahit probatio-
nem, testes corrumpendo, vel cum eis hac de causa inimicitias con
trahendo, causam perdit. ff. de iure fisci. l. iij. §. j. ⁊. j. c. cõstitutus. ⁊. c.
intimauit. ⁊ de testi. col. peruenit. ⁊. ff. de questioni. l. j. §. seruus.
24 ¶ † Quero qñ dicatur multitudo inefrenata. Glo. dicit quod qñ
sunt. gl. Glo. dicit attendi debere qualitatem, ⁊ quantitatem cause:
⁊ secundum illam arbitrabitur iudex. Per hoc Uin. reprehendit
dicentes hunc numerum ordinarium a iure statutũ cuilibet pro-
ducenti testes: nisi enim iudex moderetur, producat quot vult: fa-
cta moderatione, producat quos melius scire credat, per decr. Di
cit Jo. ꝙ per clausulam. Quidam alij: quidam dicunt posse conue
nire. gl. sed dicit quod non bene adaptatur: quia facilius examinã
tur multi testes, quã conueniantur plures rei, vel quam vna causa
25 expediatur. idem Uincẽ. ¶ † Opp. ꝙ non possit habere ratas at-
testationes in alio iudicio. j. eo. presentata. Sol. Dicit glo. ꝙ forte
poterit habere ratas, secundum distinctionem illius cap. vt si cõ-
cordant, habeat: si nõ cõcordant, ⁊ mortui sunt testes, cõpellit ha-
bere ratas, alias non. Sed videtur ꝙ non sit necesse ꝙ habeat ra-
tas: qꝛ valent attestationes inter easdem personas. j. eo. cum cau-
sam. sc̃do intelligunt aliqui ꝙ altero respectu nõ valebant atte-
stationes, quia forte fuerunt he attestationes recepte ab arbitris,
vel forte fuerũt delegati: sed nõ valuit receptio, quia processerunt
duo sine tertio delegato collega: vel alter eorũ fuerat recusatus, se-
cundũ Uin. Tu dic ꝙ contrarium loquitur de publicatis, hic de
non publicatis: quo casu standum est dicto gloss. quicquid senserit
Bar. in. l. ij. ff. iudica. sol. Dixi. s. eo. causam. ⁊ dicam. j. c. Alberic⁹.
Secundũ hoc ratificare possunt attestationes, que nõ valent, non
solum per expressum consensum, vt hic, sed etiam tacitũ, ꝺm Inn.
alleg. iiij. q. iij. si quis testibus. j. c. tuis. ⁊. c. presentata. ⁊. c. constitu-
tus. ⁊. j. c. significauit. in glo. dicit verum hoc no. Secus dicit in lit.
contestatione, ⁊ in alijs, que sunt de substantia iudicij: qꝛ talia non
possunt ratificari: vt no. de libel. ob. c. j. de lit. conte. c. j. de offi. deleg.
de causis. ⁊. c. prudẽtiam. §. sexta. Attestationes autẽ vires sumũt
ex pactione partiũ, ita quod si ab alternatiua opponatur quod in
hoc iudicio producte nõ sunt, talem exceptionem tollit replicatio
pacti, vt patet in iuribus preallega. ff. de re iudi. l. si conuenerit. ff.
de no. ope. nun. l. j. §. ⁊ post operis. ad hoc qđ no. de pac. c. j. ⁊. iij. Ex
hoc infert ꝙ quamuis ille, cui est commissa receptio testium, non
possit ipsam de iure alteri cõmittere, cum sit sibi certum ⁊ nudum
officium commissum, consensu tamẽ partium etiam tacito talis cõ-
missio ratificari potest, dũmodo non obstet error iuris vel facti. vt
patet ex premissis, ⁊ in eo qđ no. s. de offi. deleg. quoniam. ⁊. j. de re
iud. cũ Bertoldus. j. c. veniens. Quidam tamen, ꝺm Inno. dicunt,
⁊ forte bene, ꝙ consensus partium tacitus non sufficit: quia quãdo
presumuntur tacite consentire, presumitur ꝙ iudex magis ratiõe
sue iurisdictionis hoc faciat, quã ꝙ velit se ex pacto obligare. Iu-
dex autẽ ratione solius sue iurisdictionis facere potest, dummodo
saltem tacite consentiant. arg. de offi. delega. prudentiam. §. sexta.
26 ꝺm Inn. ⁊ Host. ¶ † Quero an ante publicationẽ attestationum
possint testes ijdem repeti. Lau. ⁊ Jo. dicunt ꝙ repeti possunt, vt
addant, quia forte tunc omnia non habebant in memoria. in aut.
e. §. quia vero multi. ff. de qđ. l. repeti. Possunt etiam repeti vt cor
rigant errorẽ, secundum eos. Sed hoc non plꝫ glo. quia hoc debẽt
facere incontinenti, non ex internallo. j. titu. j. preterea. ⁊. xxxv. qđ.
27 vi. de parentela. ¶ † Querit glo. quid si testis primo ductus in iu
dicio, ⁊ secundo ante publicatas attestatiões reprobatus, dicit cõ
trariũ eius, qđ primo testificatus est. Dicit gl. ꝙ non valet dictũ
suum,

sui,nec creditur ei:argu.j.eo.cum in tua.nisi forte ita esset qd prio
res attestatiões nõ valuissent,puta ab eo recepte,qui nullã babe-
bat iurisdictionem,z que potius pro non scriptis debent baberi:
nec debent publicari,sed potius incidi.De boc.j.c.cũ in tua.z.j.c.
seq.in glo.pe.z in Spe.eo.titu.§.j.ver.quid si idem testis.z sequen.
vbi idem ad literam dicit.Et facit finis buius gloss.ad.q.de illo,q
coram non iudice,qui tamen putabat iudex,falsum deposuit.Ad
qd facit,qd no.in regula,nõ est sine culpa.de reg.iur.lib.vj.ibi Jo.
an.dicit eũ de falso teneri,qui deposuit nõ iuratus , ex quo sua in-
trinseca,alias extrinseca forma deposuit vt testis:per.l.si quis le-
gatuz.in prin.ff.de fal.Secus si non in forma testimonij deposuit:
quia tunc non punitur de falso:vt si priuatim boc dixit extra iudi
cium tabellioni:si boc tunc dixit ad preiudicium alterius,tenetur
ciuiliter illi.ff.de fal.l.falsus.§.si quis in personam.Bar.idem te-
net in.d.l.si quis legatum.quia testimonium babet formam testi-
monij,eo quod deposuit in iudicio,licet non iuratus:cum iuramẽ
tum non sit de forma.Quod patet,quia potest remitti a partibus.
Per que dicit quod si testis extra articulum deposuit : quia tunc
vitiatur testimonium,eo quia deponere videtur non iuratus,ad-
28 buc punitur de falso.†Ex predictis patet decidendum qd quan-
do deponit coram incompetenti iudice:quia tunc perinde est, ac si
extra iudiciũ deponeret,q non punitur de falso:vt dixit glo.z be-
29 ne:quia nullitas concernit substantiam testimonij.†Dicit tamen
Spe.in titu.de teste.§.j.ver.item qd aliquid addidit de suo.qd si te
stis in dicto suo aliquam annectit falsitatem.etiam scienter,nibilo
minus valet eius depositio,dummodo falsitas illa nõ tangat sub-
stantiam,vel circunstantias negotij,super quo deponit:vt si dicat
contrabentem esse aliunde,quam sit,vel alterius esse affinem,quã
sit.Officium enim testis non consistit in bis:quia nil facit vnde sit
contrabens,vel quorum sit affinis,z in similibus dicit Joan.and.
puta si interrogat cuius capelle sit dicens , in qua conficiatur in-
strumentum,sicut accidit de sua : notarius scripsit eam in paro-
cbia sancti Proculi,cum sit in parocbia sancti Jacobi.Joan.an.
ibi remittit de testi.fraternitatis.bec sufficiant.

1 ☞ Testes super eodem capitulo quomodo producere licet.
2 Ad appellationis prosecutionẽ non admittitur quis sine mandato.
3 Sententie executionem potest tertius impedire pro suo interesse,
nume.10.
4 Probatio in iudicio summario facta,non prodest in plenario.
5 Testes producti in iudicio,z recepti,an possint reprobari.
6 Testis esse non potest excommunicatus.
7 Sententie executio non potest impediri per procuratorem.
8 Exceptio,Tua non interest:an possit opponi post litem contesta
tam.
9 Electioni,vel confirmationi se opponens,an arctetur probare sua
interesse.
11 Sententie executionem vbi tertius nititur pro suo interesse impe
dire,qualiter summarie poterit probare suum interesse.
12 Testes producti respectu vnius cause an probent iam examinati
respectu alterius,etiam inter easdem personas , z eodem iudicio.
13 Testibus productis in causa principali,datur parti optio an ve-
lit illos approbare,vel non.
14 Sententia lata quando noceat tertio.
15 Absolutio non requiritur excommunicato iniuste.
16 Testificari quare compellantur illi,qui sunt de capitulo,in causa
ecclesie.
17 Testis excommunicatus quando sufficienter probet.

1 VEniens. ¶†Ubi variatur modus agendi pu-
blicatis attestationibus,super eodẽ
capitulo testes producere licet.z sunt tres partes.Pri
ma ponit ordinem processus,z disputationem partiũ
super receptione testium.In secunda papa interloquitur,ibi:nos
igitur.In tertia causam cõmittit, ibi : quocirca mandamus qua-
tenus.¶Nota.j.quod sententia potest pro parte executioni man-
2 dari.z nota practicam super executione sententie.¶†No.ij. quod
ad prosecutionem appellationis non admittitur quis,nisi babeat
3 sufficiens mandatum.¶†Nota.iij.tertium pro suo interesse com-
parentem appellatione pendente a principali interposita posse im
pedire executionem sententie,si doceat de suo interesse.¶ No.iiij.
practicam admittendi comparentem pro suo interesse : quia ante
omnia est disceptandum an sua intersit:vnde oportet quod incon
tinenti doceat de suo interesse,quando se opponit executioni sen-
tentie:z summatim examinari debet interesse.Quo autem ad mo-
dum procedendi oportet quod probet aut per testes , aut per in-
strumenta:et debet iudex interloqui,sua interesse, et se opponere
4 posse.¶†Nota quinto quod plena probatio in summario iudicio
non prodest in plenario.contra Butri.l.ab bostibus.§.sed qd sim
pliciter.ff.ex quibus cau.ma.¶No.vj.qd publicatio attestationũ
in summario iudicio nõ nocet quin testes possint pduci in plena-
rio:z boc,qz non obstaret sententia:non obstabit ergo publicatio.
¶No.vij.qd attestationes recepte in summario iudicio non pro-
sunt in plenario,nisi a partibus approbentur : z qd attestationes
recepte in summario possunt in plenario iudicio,vt prosint,z no-
ceant,approbari.¶Nota.viij.qd tertio pro suo interesse cõparen
te,z executionem sententie impediente app.pen.cum eo lis est con-
testanda:z debet fieri tam super electione,vel iure competẽti , quã
super sententia.¶Nota.ix.qd publicatis attestationibus in iudi
cio summario,non possunt testes recipi in plenario,nisi attestatio
5 nes a partibus approbentur.¶†No.x.qd approbatis attestatio-
nibus in summario receptis,partes in personas,vel dicta oppo-
nere non possunt,nisi protestentur.¶No.xj.tex.qui in repulsione
probandi per testes ponderat discere testificata:licet communiter
textũs ponderent publicationem.¶No.xij.ar.pro z contra quod
veris attestationib9 in summario iudicio receptis,illas approba
re videtur in plenario,ex quo vtitur eis in plenario.¶No.xiij.qd
illa,que in capitulo aguntur,cõiter ignota sint extrinsec9 de capi-
6 tulo,quia occulte aguntur.¶†No.xiiij.qd ad cautelam excõmu-
nicati absoluendi sunt pꝑter munus testificandi:z videtur quod
excõmunicatus repellitur ab officio testificandi.Quid de suspen-
sis,vide Host.j.de accu.olim.in prin.de excep.apostolice.z in Spe.
eo.titu.§.j.versicu.quid si de suspenso.ix.col.legam expediẽdo tex.
z glo.per partes.Primo circa petitionem arcbidiaconi : sup bac
prima parte doc.nibil scribũt,vsq ad gl.¶Uenio ad scdam vsq
7 ad ver.cũ antẽ.vsq ad versic.P.subdiaconus. ¶†Oppo.q de-
buerãt admitti pcuratores:qz recte opponebant sniam non man-
dari executioni,vtpote appellatione suspensam:qz ex boc suspen-
ditur executio.C.si ex fal.instru.l.vlt.Sol.Fatendum:sed fuerunt
repulsi ex altero capite:quia nõ erant legitime constituti:quia cõ-
stituti ab excõmunicato:vt patet ex antiqua.Non placet boc In-
noc.quia excommunicatus potest esse in iudicio , appellando,z se
defendẽdo.de excep.cũ inter.s.de iud.intelleximus.Opponebat er-
go quod procuratores erant excommunicati,vel illegitime consti
tuti.Uel sm Hosti.non faciebant fidem de mandato.nec cauebãt.
Uel negabatur instrumentũ procurationis manu publica ꝯfectũ,
vt patet ex integra,secundũ quod dicit gl.¶ Uenio ad oppositio-
nem tertij,in versic. P. subdia.vsq ad versicu.lite igitur. ¶ Op
po.quod non fuerit necessaria aliqua interlocutio,ex quo nõ nega
batur sua interesse.Sol.Dic q imo opponebatur:z boc compre-
bendebatur sub decisã:quia opponebat q sua non intererat: cum
non esset clericus,nec canonicus,nec decanus electus,scdm Abb.
8 ¶†An autẽ exceptio,Tua non interest:possit opponi post litem
ꝯtestatã de boc p Inn.de accu.sup bis.z.s.c.ex parte Ade.in.j.gl.
9 ¶†Opp.q nõ arctetur opponens se electioni probare sua inter-
esse:qz quilibet de populo admittitur:vt de accu.super bis. Solu.
Dicit Inno.si quis se opponit electioni, vel confirmationi,an ar-
ctetur ad probandũ sua interesse.Opi.sunt,de quibus de electi.vt
circa.li.vj.z.d.c.super bis.de accu.Et si teneatur opi.quod non sit
necesse docere de suo interesse:tunc ad contrarium responde q bic
nõ opposuit se electioni,sed sententie,contra quam quis non ad-
10 mittitur,nisi doceat de suo interesse.¶†Opp.q non impediat cõ
parens pro suo interesse executionem sententie:nisi appellet:vt de
re iudi.cum super.Solu.Dicit Inn.quod bic non dicit q impe-
diat executionem sententie,licet admittatur ad prosecutionẽ cau-
se:sed dic quod licet non dicatur expresse , satis tamen boc videt
dictum tacite:vt ex quo constat quod sua interest, non mandetur
sententia executioni sed retardetur:quia per sententiam nõ debet
fieri preiudicium absenti,z ignoranti.ff.de mino.l.etiam.§.si.C.res
inter alios ac.in rubro,z nigro.Ad cõtraria respondet Inno. qd
ibi lata fuit sentẽtia presente tertio,z sciente:ideo nisi appellet , nõ
impedit executionem:quia sentẽtia ei preiudicat,siue lata fuit etiã
ignoranter.Sed certe ibi nec sentẽtia preiudicabat quo ad pprie-
tatem,vt litera dicit:quia non babuit potestatem subiectue rem
deducendi in iudicio ad preiudicium domini. Ideo si dicnnt bec
speciale in beneficijs,vt se opponens impediat:quia in eorum ele-
ctione est opponere se ad illam impediendam..ff.de re iud.a diuo
Pio.§.super rebus.z.§.rerum.secundum Innocẽ.Host. remittit
de in integrũ restitu.suscitata.z per Joan.an.de re iud.c.si.Tu dic
cum Inno.aliquo addito,quando tertius comparens pro suo in-
teresse appellat a sententia,quod potest,z propter solum preiudi-
cium executionis vt impediat executionem:vt dicto.c.cum super.
z quomodo tunc psequatur appellationem,babebitur in dicto.c.
cum super.Qñq tertius comparens prosequitur appellationem
per principalem interpositam:z adbuc impedit executionem , vt
bic:bic enim prosequebatur appellationem.quod patet: quia bic
fuit facta litis cõtestatio super ipsa snia,z pronuntiatũ super prin
cipali.z incidenti,scz snia.Modus autem procedendi datur tunc
per bãc decre.qz babebit summarie docere de suo interesse,vt legi
timet psonam tam ad impediẽdum executionem,quã ad psequen-

dū iudicium:⁊ si quidem intenderet solum impedimentum execu-
tionis sn̄ie,sufficeret ꝙ ꝓbaret de iure suo summarie quo ad com-
modū ꝓbandi:sed quo ad probationes oportet q̄ sint plene:sed si
vltra hoc intēdit vt ꝓnuntiet̄ super iure suo,⁊ q̄ ꝓnuntietur sup
sententia,vel nullitate,oportet q̄ cum eo super vtraq̄ lis cōtestet̄.
Sit ergo cautus simili ꝓnuntiationi q̄ hic petat,⁊ litem cōteste-
tur.Q̄nq̄ tertius comparens ꝓ suo interesse nō suspendit sn̄iam,
nec suspensa ꝓsequit̄ nullitatē,nec quo ad se,nec quo ad illū,ꝯ quē
est lata:vt q̄ dicit,cōstat illam latam cōtra eū,qui habuit potesta
tem rē deducendi in iudiciū ad sui preiudicium eo sciente,vt in ca-
sibus.l.sepe.ff.de re iud.⁊ in.c.pe.de re iudi.⁊ tunc comparens non
ꝓ suo interesse nō impedit executionem sententie,scd̄m docto.hic.
Q̄nq̄ cōparens cōtra sn̄iam pro suo interesse nō contendit illam
suspensam,nō suspendit illam,nec illam cōtendit nullā ex persona
eius,cōtra quā est lata,cum dicit sententiam sibi nō preiudicare, vt
quia lata cōtra aliū eo ignorante,vel eo sciente,quando nō est ta
lis persona,que possit rem deducere in iudiciū ad preiudiciū suū,
vt si mihi subditus,vel colonus,⁊ agitur de re mea:de re iud.cum
sup.⁊.C.si per vim,vel alio mō.l.fi.tunc recurrendum est ad verba
Inn.de quibus facit festū Bar.in.l.a diuo Pio:⁊ tunc si petit̄ exe
cutio in alio,quā super quo est ꝓnuntiatum,vt quia lata sententia
sup quantitate in solutum capitur res,quam alius pretēdit ad se
suspectare:⁊ cōparens impedit executionem:quia oportet q̄ tunc
fiat sup hoc summaria cognitio:vt.l.a diuo Pio.§.i.ff.de re iudic.
Pōt ergo pars docere de iure suo:⁊ executionē impedire.Si aūt
petitur executio sup re,super qua est ꝓnuntiatum,⁊ res est vacās,
q̄ adhuc tertius comparens impedit executionem:quia sua inter
est ꝙ res remaneat vacās,vt ante erat:nec grauetur onere probā-
di:⁊ q̄ nō est,cui caueat de re restituenda euincenti.Si res est ab
illo possessa,cōtra quem agitur:⁊ tunc aduertendū ad modum cō-
parendi:si cōpareat vt principalis agens,⁊ petens ab illo,qui pos
sedit,non impedit̄ executio:quia hoc non intendit:sed fit executio
ꝓ primo obtinēte,⁊ ille cautionē prestat possidenti de re restituen-
da scd̄o cōparenti in casum victorie:⁊ hic est casus in.l.si is,a quo.
ff.de rei ven.Si cōparet per viam exceptionis,cōtra sn̄iam admit
tit̄:⁊ adhuc nō impedit executionem,⁊ causa suo iure discutitur:sꝫ
prestabitur cautio per petentem executionem de re restituenda in
casum finalis victorie:vt.d.l.si is,a quo.Ratio,quia ex quo res est
possessa,sua magis nō interest q̄ possideat primus , vel q̄ possi-
deat secūdus.Si res nō est possessa ab illo,cōtra quem obtenta est
sn̄ia,sed ab illo,qui comparet pro suo interesse:tūc fiat executio ad
preiudicium tantum eius,contra quem agitur,⁊ exceptum censet̄
preiudicium tertij.de re iud.cum super.⁊ no.Inno.vt lite nō con-
te.quoniam.§.q̄ si super.ad q̄.i.de resti.spo.olim.i. ¶ Not.hanc
theoricam,quam etiam repetit Inno.de re iud.cū super.sine preiu
dicium nisi appellet quis:⁊ tunc impeditur etiam quo ad subiectū
11 vt in.c.cū super. ¶ †Quero ad declarationem,quia exigitur,com
parentem ꝓ suo interesse fundare intentum summarie:qualis erit
hec summaria ꝓbatio:Dic ꝙ erit hoc in arbitrio iudicātis.In-
no.dicit q̄ vt admittatur ad discutiendum ius,debet summarie
ꝓbare,sic q̄ interest eius hoc discutere:nec querit̄ quo ad hoc vt
admittat̄ q̄ ꝓbet se canonice electum,sed electum tantum:vt no.
de re iud.c.ij.in gl.q̄ licet petens cōfirmationem habeat probare
se canonice electum,de elec.cum in cunctis.quo ad tempus autem
erit summaria.Et dicit Inn.ꝙ hoc erit arbitrariū,vt vsq̄ ad o-
cto dies,vel plures,nec expectare ꝙ requirat testes vltramont.de
resti.spo.literas.ad fi.Dicit Bar.ꝙ summaria est,quando nō exi-
get plus de tēpore,quā exigeret executio:si plus,nō dicit̄ summa-
ria.ff.vt in pos.leg.si is,a quo.ibi Bar.⁊ in.l.a diuo Pio.ff.de re
iud.l.iiij.§.si super rebus.Debet tn̄ quo ad ꝓbationis speciem esse
plena,q̄ nō sufficit iuramentum:licet quo ad ꝓbandi modum sit
summaria.Patet hoc,q̄ ꝓbat per testes,vel instrumenta.Gl.hu
12 ius ptis sunt literales,excepta gl.in verbo,admittere. ¶ †Opp.
ꝙ prosunt testes recepti,ex quo inter easdē personas sunt recepti.
s.eo.cām.Sol.Nō ꝓsunt:quia ob aliud ꝓbandum fuerunt recepti
⁊ ad aliud nō agitur:q̄ primo ad legitimandam personam,nunc
ad finem obtinendi sententiam super iure,⁊ interesse.Dicit tamen
gl.q̄ licet ad aliud fuissent recepti,partes possunt illos approba
re.alleg.gl.l.fi.C.e.Idem Hostien.secundum quem patet ꝙ par-
tes minus sufficiētibus probationibus se submittere possunt.de
13 quo.i.c.proximo. ¶ Uenio ad ver.litere igitur.opp.ꝙ detur optio
illi,cōtra quē testes ꝓducuntur,an illos velit approbare,⁊ nō ꝓ-
ducenti.i.de testi.presentata.⁊.s.c.proximo.Sol.Cōtrariū ꝓcedit
qn̄ sunt testes recepti super principali,⁊ lite cōtestata,hic non sup
principali,sed summario:q̄ primo casu tenet mero iure receptio,
quo ad sententiam ferendam diffinitiuam,secundo non : nam hic
inquirebatur in primo summarie:quo casu leuior exigitur proba-
tio,quam in secundo.Per que dicebat hic Pet.⁊ Abb. ꝙ si tunc
voluisset reprobare testes,nō potuisset quo ad ꝑsonas,vel dicta.C.
de edi.diui.Adria.tollē.l.fi.de re iud.cū Bertold⁹.Nota.bn̄.⁊ hoc

etiam probat tex.hic,quod in summario iudicio ad legitimandas
personam nō admittitur receptio testium reprobatoria.ꝙ bn̄ not.
¶ Opp.ꝙ bona fuit allegatio,ꝙ hic visus fit vt eos vere possit re
pellere.iiij.q.iij.si quis testibus.xix.di.si Romanorū.Sol.Ad va-
liditatem attestationū nō sufficit cōsensus vnius:q̄ est necesse ꝯue
nire cōsensum ambarum partiū:vel scd̄o visus est nō ad plenā,
sed ad semiplenā probationē:⁊ talis visus nō sufficit,vt videantur
approbare in pleno iudicio,vt sic postea nō liceat ꝓducere testes.
Uel forte dicebat falsum:q̄.P.subdiaconus in principali de illis
attestationibus nihil allegat. ¶ Uenio ad ver.nos igit̄.ꝑ hanc li-
teram pꝫ ꝙ in emergenti est pronuntiandū.de.quo de ord.cogni.
c.i.De tertio autē cōparente ꝓ suo interesse,an possit ꝓducere te-
stes super articulis publicatis,q̄ notat hic Uin.dicit Io.an.q̄
ponit Spe.in tit.de teste.§.satis vtiliter.versi.quid si alias.hoc sa
14 tis puto expeditū per no.i.de re iud.cum sup. ¶ †Ad glo.oppo.
ꝙ non sit necesse ꝙ.P.producat cōtra sententiā testes:q̄ sn̄ia nō
extendit preiudiciū ad eū:q̄ res inter alios,⁊c.de fide instru.inter
dilectos.Dicit gl.ꝙ imo disputabatur hic,an sn̄ia ei preiudicaue
rit:quia si primo ius agendi sibi competat,⁊ permisit sequentem
agere,sibi preiudiciū fecit,⁊ quia tacite videtur suo iuri renuntia-
re.de re iudi.quāuis.⁊ de his,que fiunt a maio.parte capit.ex di.
Si ergo nō cōtradixit,cū sciuit,sententia sibi preiudicat : secus si
nō sciuisset.Gl.allegat iura:nā videtur quod sententia lata ꝓ iure
archidiaconi,cū nō sit separatum a iure ipsius,quod aliquid preiu-
dicet:ideo cū venerit ab illo habeat causam:nisi dicatur quod sen
tentia fuit lata cum eligentibus,que preiudicat electo:quia ex quo
ꝓnuntiatur alius canonice electus,hic excluditur:cum duo in soli
dū,⁊c.de preb.dilecto.⁊.c.tue.Potest etiam dici q̄ hic testes ad-
mittuntur:quia hic nolebat quod ius suum discuteretur. Igitur
oportet ꝙ illud probet:quia contra ijdem,vel alij testes non sunt
admittēdi ad testificandū publicatis attestationibus:arg.s.c.fra
ternitatis.Dicit glo.quare hoc fit.ad hoc.l.fi.C.e.supra.c.causam.
Item vel hi testes repetentur vt dicant illud idem , quod primo
dixerunt:⁊ superuacue inducūtur.de electi.in Genesi.Si vt dicāt
cōtrariū:⁊ ex hoc puniēdi sunt.tanquam periuri:nec eis debet cre
di.s.eod.sicut.C.de non numerata.pecu.l.generaliter.Dic,si iudi-
ciū primo agitatum,in quo examinati sunt testes,sic se habet cum
secundo,ꝙ ex sententia lata in primo obstet exceptio rei iudicate
in secundo,tunc obstabit publicatio,nec testes repetentur:si sic se
habent,q̄ non obstet publicatio,nihil obstabit, si varientur per-
sone,sicut est cū vnus coheres pro parte sui debiti egit,vel contra
eū actum est,nihilo minus alius coheres aget,et contra eum age-
ret.ff.de appel.a sententia.§.ab executore.vt quia in primo egit ar
chidiacon⁹ de parte hereditatis,nō obstabit publicatio. Idem si
variatur finis agendi,vt q̄ primo agebatur ad repellendum ali-
quē ab agendo,vel ad probandum agentis interesse.Secundo ad-
ducitur in principali vt agenti res petite adiudicentur:quia tunc
non obstat sententia,ex quo ad aliud agitur.C.ad legē Iul.de vi
publi.l.si quis a se fundū.de electio.cū dilectus.de purga.cum dile
ctus.Si nō obstat sententia,nō obstabit ⁊ publicatio , secundum
Inn.ad hoc quod dicimus in materiali secundum Hostien.quia
vbi non obstat sn̄ia,nō obstat publicatio.s.eo.series.ad hoc quod
no.de probatio.licet.Nō obstat quod si repetuntur,aut vt idē di-
cāt,aut vt oppositum:dicit Inn.quod non inducuntur vt idē vel
contrarium dicant,sed vt simpliciter veritatem dicāt pro vtraq̄
parte:⁊ vtraq̄ pars producat capitula,super quibus vult eos in-
terrogari:⁊ testes dicant suū testimoniū super illa:⁊ ab vtraq̄ p-
te poterit dictū redargui , ⁊ persona.Dicit tamen glos.hic,⁊ In-
no.quod si contradicant non obstante diuerso mō agendi,q̄ pre-
iudicabit sibi quod dictum inficiatur,vbi contrarietatem excusat
puta q̄ alter in primo,alter in secundo,⁊ in sensu alio intellexit.C.
de non numerata pecunia.l.generaliter.Non obstat si dicatur, si-
cut valeant prime attestationes ad reprobandas secundas,ita de-
bent valere ad probandam in secundo iudicio.Dic quod non pro
bant in secūdo:quia adhuc non fuerunt inducte in primo : q̄ tunc
non ad hoc,sed ad aliud agebatur:⁊ necesse est quod incipiat eam
antequam instruatur.Ad reprobationem autem eorum testium
sufficientes sunt:q̄ per eas notorium iuris est , testes fore periu-
ros,⁊ falsos,ideo a testimonio repellūtur:vt supra,eodem.sed tūc
vltra ꝓbatio in summario nō est notoria.Dic ergo saluādo In-
no.quod dictum testis quo ad se sumitur pro confessione:ideo con
tra se notorium inducitur,etiam in summario:quia confessio non
leditur ex summarietate iudicis.vt not.in capitulo cum dilectus.
de ordi.cogni.secundum Innocen.alij testificentur.de offic.ordi.c.
¶ Uenio ad versiculum,quia vero.oppo.quod gesta in capitulo
possunt ab alijs probari.de off.ordina.vt iusta.Sol.Dic quod hic
dicit quod raro intersunt alij,quam canonici:si tamen interessent,
idem esset.s.de offi.ord.vt iusta.Idem de alijs non canonicis ha-
bentibus vocem in electione.de electio.scriptum.⁊ capitu.constitu
15 tus. ¶ †Oppono quod non debeant absolui , sed sufficit rela-
xare,vc.

gare,vel suspendere.de appel.dilectus.de senten.excom. sacro.de
accu.cum olim.So.Dicit Jo.and.quod excommunicatio,ex quo
ligat,exigit absolutionem:nec sufficit relaxatio,vel reuocatio,con
tra illos,qui de facto illas relaxant,vel reuocant:sed fit absolutio
ad tempus.Ad hoc appel.ad hec quoniam.et quod no.eo.titu.di-
lectis.et.c.preterea.Ad contrarium respondeo quod loquatur de
sententia excommunicationis nulla vel iniusta:quo casu iudex co
gnoscens errorē pōt illam reuocare:hic qñ est iusta.Nō ob.c.olim.
qꝛ ibi de relaxatiōe dicit,et respicit sentētias suspensionū,fm Ho-
stien.ad hoc quod no.de his,que vi me.ve causa fi.c.j.lib.vj.
16 ¶†Gl.vlt.in prin.literalis est,colligit cām quare cōpellant illi de
capitulo testificari contra ecclesiā:qꝛ que in capitulo fiunt,de faci
li per alios nesciuntur:secus in aduocatiōe,et procuratione.de po
stu.c.fi.et hoc ideo,qꝛ officium istorum est voluntarium,nisi ex cau
17 sa cogerentur:de qua in Summa,de postū.fm.Host.¶†Opp.ꝙ
hec absolutio non debeat dari:qꝛ non debet quis absolui nisi peni
teat.de eo,qui du.in ma.significasti.So.Dicit gl.ꝙ si non conten-
ditur nullitas excōicatiōis,non absoluitur.Si contenditur nulli-
tas absoluitur:hic nullitas contendebatur,qꝛ dicebant se post ap
pellationē excōicatos:als fuisset remittenda absolutio ad excōica
torem.de off.ord.ad reprimendam.Vel secundo absoluitur ad cau
telam testis in subsidium,quando aliter testificari non potest,nec
aliter potest probari:als non absoluitur.Dicunt tñ doc.qd absol
uitur ab inferiore,nisi sit talis excōicatio,que suo superiori sit re-
seruata,vt pape:qꝛ tunc ad cautelam nō absoluit,sed is,cui est re-
seruata,vel fuit gratiosa prouisio,fm Inn.Hosti.dicit qd quicqd
dicat gl.consuetudo est ecclesie tales indifferenter absoluere p mu
nere testificandi,ita qd prolato testimonio statim reincidāt in ex-
cōicationem.Et ita facit etiā de ambasiatoribus, qui quā cito de
curia exeunt,reincidūt.Et dicit tales absolutiones potius itera-
biles,et quo ad hoiem,et quo ad Deū,cū nec illi peniteant nec ex eo
veniā petāt,nec ɔterant:quare dicit de rigore iuris tales absolu-
tiones non faciēdas.xj.q.iij.cum aliqui.qd etiam repetit.j.de ex-
cept.ad apostolice.Puto quod sicut excommunicatio potest ferri
ad tempus,ita et potest absolutio,et quod de iure tollatur vincu-
lum excōmunicationis,licet non vinculum peccati,ex quo non da
tur penitentia.Nec obst.qd non penitens non absoluatur:nā illud
verum a vinculo peccati:a vinculo excommunicatiōis absolui po
test non penitens:quia inuitus aliquando absoluitur:vt no.de sen
ten.excom.c.j.lib.vj.quod etiam sentit Calde.de rescrip.ab excom
municato.absolui tamen non debet,nisi vbi causa subest, propter
munus testificandi. Ant.de But.

5 bullatā deuiauerit, nō esset loc⁹ illi pene. ¶ † Quero an notarius aliqua causa possit corrigere errorem sui instrumenti. De hoc per Archid. xxxv. q. ix. §. i. in Spec. de instrumen. editi. §. instrumentum. versi. nunquid confecto. ⁊ ibi Ioan. andr. in additio. cōcludit Spec. quod si errauit in ponendo diem, ⁊ locum in instrumento, ⁊ habebat in protocollo, ⁊ recordatur de die, facit regulam quod si vult addere diē, ⁊ locū, non aliter probando, sed attestando sic fuisse: quia non statur dicto notarij de his, que coram eo acta sunt, nisi redegerit ad scripturā, sicut nec soli arbitro. ff. de arbit. l. ne in arbitris. ⁊ fungatur duplici officio. in authentica de heredit. ⁊ Fal. §. sit vero. Si tabellio aliter probat se per errorem, vel ex certa scientia non amisisse, poterit illud addere. Sed consulit Specu. quod hoc faciat iudicis authoritate. Et putat Nico. Mata. licentiam necessariam, quando de die foret questio inter partes. Nam hec consilium commendat Ioan. And. maxime propter illud quod dixit. l. eos. ff. de fal. Si dicat non necessariam, quando dico in publico, vel locus est omissus: quia de necessitate in aliqua die, vel loco fuit: ⁊ hec necessaria sunt ad instrumentum. Nec obstat in authen. de heredi. ⁊ Fal. §. si vero absunt. quia ibi testium presentia, vel numerus non est necessario de comitantibus instrumentum, vel contractum, sed de validantibus. Idem dicit consilium necessarium, quando in die esset erratum, vel quia aliam pro alia die apposuit: quia ibi esset contrarietas: quo casu esset necessaria authoritas iudicis: ⁊ tunc attenderetur in ea concedenda, ⁊ admittenda correctione, qualitas notarij, ⁊ alteratio dici preiudicium afferat aduersario, vel non: ⁊ hec mouerent iudicem ad facilius vt difficilius concedendum. Dicit tamen Gulielm. quod cautius est notario facere nouum protocollum, vel instrumentum, quam illi addere, ex quo posset aliqua haberi suspicio: vt nota. C. de testamen. l. fina. Ioan. andr. in data Sexti, dicit quod de facto seruatur quod post porrectionem instrumenti notarius non potest corrigere errorem absq; authoritate iudicis sui, vel officialis. ad hoc constitu. absq; pena falsi. Ante autem dicit seruari quod si dedit copiam parti, adhuc non corrigit, si non dedit copiam parti, ⁊ extat notarius, qui confecit, potest corrigere errorem: alias non potest corrigere errorem. in Specu. loco preallega. Si non extat notarius, qui confecit, ⁊ potest videri eius protocollū, per quod apparet error, corrigere poterit alius de iudicis authoritate, vel stabitur protocollo, in authēti. de tabelli. §. illud. ⁊ not. in Spe. de instru. editi. §. instrumentum. versi. quid ergo si in nota. Si non potest apparere ex protocollo, non corrigit sine iudice: procedunt predicta quando vult corrige-
6 re. † Sed si vult addere aliquid instrumento, hoc non pōt addēdo non inclusa, vel adherentia ad substantiam contract⁹, etiam de voluntate partium. in aut. de equali. do. §. neq; contingat. ff. de rei vēdi. l. in fundo. ff. ad velleia. l. Scia' mācipis. Et idē dicit de omissis ignoranter, vel alio modo: quod videt durū. scz quo ad vltimum: ideo tenet quod potest cū consilio supra dicto. Dicit tamen Spec. in versi. seq. ꝙ si dies fuit apposita in protocollo, ⁊ omissa in publico, quod probabitur per protocollum: quia videt in publico repetita. ff. de dam. infec. si finita. §. videamus. ver. repetita. ff. de eden. l. si vnus ex argentarijs. §. initiū. Instit. ad legē. Aquil. §. hec autem tertio. ff. de no. oper. nunt. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. de rescrip. causam. que. Hec vera inquātum velit addere, vel detrahere aliquid, qđ non reperiatur in protocollo, vel de quo tūc nō est expresse actū inter partes. Sed si errauerit in scribendo, potest addere concordando, ⁊ terminando, ⁊ addendo. ff. de his, q in testa. delen. l. cancellauerat. Dz tamen dicere in fine instrī, Tale verbum abrasi in tali linea, vel talem interlineaturam feci, ⁊ sic de singulis. no. Archid. xxx. q. ix. §. i. Si autem data sit a partib⁹ facultas addēdi, vel minuendi ad sensum sapientis, dicit ꝙ potest addere, vel diminuere ad confirmationē rei geste, substantia nō mutata, vt in re, vel in pretio. ff. manda. l. si mandato. §. si. ff. de iureiurā. actori. ff. de heredi. insti. l. illa institutio. ibi Io. An. post Richar. Maluм. dicere posset inconsueto, vel clariori modo describere ꝙ scriptū sit, ⁊ magis clare. item supplebat in naturalib⁹ contract⁹, vel act⁹, p quo conficit instrumentū. not. ff. de verbo. oblig. l. ex ea parte. ff. de actio. emp. l. emptorem. §. i. Non poterit ergo incōsueta, nec accidētalia, vel etiam naturalia, vel extranea, que bonus vir non arbitraretur. Substantialia aūt supplere nō potest: quia illa ita insunt respectu initij quod illi nō possunt ex post facto superuenire. C. de testa. l. testiū. de spon. ⁊c. seq. in fi. Recitat ibi Io. an. alias opi. circa materiam. Idem tenet Barto. in. l. illa institutio. preallega. debet tamen notarius apponere diem declarationis sapientis, vbi sapiens aliquid ambiguum declarat, vel aliquid addat: vt. l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. vbi declaratio, que fit, debet per productos testes probari: si tantum vult mutare verba, tunc sub eodem die potest notarius mutare verba. Ex predictis dicit Richard. et Ioan. Andr. vt supra. quod per illam clausulam non poterit verbo Relinquo, addere iure institutionis, vel aliud simile, quod habet validare testamentum alias nullum, quando descendentibus erat relictum. Sed dicit quod quicquid dicat, contrarium fit de facto, ⁊ habet equitatem. Sepissime enim restitutiones filiabus relinquuntur post filios, maxime cū verbū relatum etiam restitutionem accommodet. in authenti. de heredi. ⁊ fal. §. ⁊ hec si quidem. ff. de testa. l. ex ea. §. i. de heredi. institu. l. his verbis. ⁊ quod not. de testa. c. i. in gloss. Sed nunꝙ per hoc determinat qđ in contractu venditionis vel donationis ad transferendū dominium addi posse precarium vel contractum constituti: q2 id fieri cōsueuit, ⁊ efficacius peruenitur ad mentem contrahentiū. ff. de mi.

ff. de mi. testa. l. si quis locuples. C. communia de lega. l. prima. Idē
dicit Io. An. quando notarius ponit diem, &c. vt illud intelliga-
tur, quod est de natura contractus, & consuetudine notarij. ff. de
lib. & posthu. l. Gallus. post principium. & de iureiuran. l. si duo pa-
troni. in princi. & §. idem scribitur secundum Io. And. de hoc dic
vt per Bartol. in dicta. l. Gallus. §. & quid si tantum. & dixi. s. de
7 offic. dele. ga. suspicionis. ¶ † Oppo. cum glos. quod instrumenta
non sint partibus edenda. de dilat. preterea. de probatio. c. primo.
Solu. duobus casibus quis edere tenetur, quando sunt commu-
nia, vt rescripta: & quando ille est vsurus, etiam si illa velit redar
8 guere de falsitate. glo. allegat iura. ¶ † Oppo. quod rasura vitiet
instrumentum; quia debet esse integrum non cancellatum, nec in
aliqua sui parte vitiatum. C. de edi. diui. Adri. tol. l. finali. Solut.
Rasura vitiat, quando est in loco suspecto hoc est vt in responsio
ne pape: secus si vbi factum recitatur: quia hoc pertinet ad ius. C.
de testamen. l. si vnus. Et non est suspectum instrumentum, si rasu
ra apparet de eadem manu. Sed tu pone quod rescriptum dicat
de vna possessione, nonne poterit illa abradi, & alia apponi preter
mentem delegantis. & sic traheret rescriptum ad aliam rem, quā
contentam in rescripto. Item pone, in priuilegijs conceditur vna
res, si licet trahere ad aliam, vbi abraderet, habet eam ꝯ mentem
cōcedētis priuilegiū: & similiter in gratiosis. Inno. dicit hanc de-
cre. pcedere in rescriptis confirmatorijs. In priuilegijs dic qd nō
habet locum: nam instrumenta abrasa in nomine possessionis do-
nate facerent priuilegium suspectum: ex eadem causa suspecta es-
sent instrumenta donationū, vel aliorum contractuum, vt sicut in
alijs rescriptis gratiosis, eodem modo etiam cōtentiosis, cum in
illis possit fieri fraus. de rescri. ad aures. & c. pastoralis. & c. sedes. &
c. significauit. Unde dpz quod hoc intelligatur, quando per aliam
scripturā veritas scripti detegitur, vel correctio apparet facta ex
eadem manu, vel quando ex precedentibus & sequētibus cōstat de
veritate scripture vel scripti in abraso loco, & cōsonat pcedētibus
& sequentibus: vt no. gl. de religio. do. cū venerabilis. in gl. in ver-
bo, propter pdicta. ad medium gl. Vel quandoqz additur super
intellectu; vt in aliquo accessorio, vel consecutiuo necessario. Habe
tur ergo quod in narratione facti locus non est suspect' in decisio
ne iuris, quando dicatur in loco suspecto abrasa, vel corruptio in-
strumenti. Hoc ponūt. ie. inter dilectos. in versi. in gl. cōsumptū.
& in Spe. de rescripti. presenta. §. i. versicu. item excipitur. vbi quid
de cancellatione, dicam super illa gl. Et aduerte, qz etiam per ra-
suram minime litere in loco suspecto instrumentū est falsum, & va-
cillat: vt nota. infra eodem. inter dilectos. licet secus in omissione.
infra eodem. ex parte. Gofre. autem hic dicere videtur quod modi
ca mutatione litere, vel simile in nominibus possessionum, vel nar
ratione facti, non vitiat literas. Secus si nomen possessionis foret
abrasum. de dolo, & contuma. c. ij. in fi. nisi constaret rasum & rescri-
ptum per manum eiusdem scriptoris, quod etiam constabit per
comparationem. Barto. an & inquantum dicatur, & in quo loco su-
specto, credo hoc arbitrarium.

1 ☞ Instrumentum redarguenti de falso iudex exhiberi faciet coram paucis in loco securo.
2 Accusandi facultas excluditur lapso termino peremptorie assignato ad accusandum.
3 Instrumenti fides non vacillat pendente questione falsi.
4 Iudex nō debet aliquid difficile vel periculosum assignare parti.
5 Dilationis lapsus an excludat facultatem redarguendi de falso instrumentum.
6 Instrumentum vbi de falso redarguitur, quomodo iudex debeat procedere.
7 Instrumenta ad quid exhibeantur, & que exigantur vt exhibeantur.

1 ACcepimus. ¶ † Redarguenti priuilegiū
de falso iudex faciet exhiberi
coram paucis in loco securo, & interim stabitur senten
tie late per illud. h. d. In prima ponitur partis decisa
petitio, &c. In secunda prouisio, ibi: cum priuilegia. ¶ Nota primo
casum, in quo edi debent instrumenta, quando quis illa intendit
arguere de falso. ¶ Nota secundo instrumenta edenda in loco se-
2 curo edenti. ¶ † Nota tertio quod lapso termino ad accusandum
tanquam peremptorio excluditur facultas accusandi, & maxime
quando ibi adest comminatio de vlterius non audiendo, vel de si-
3 lentio imponendo. ¶ † Nota quarto quod pendente questione fal
4 si non vacillat fides instrumenti, nec ex eo gesti. ¶ † Nota nihil dif
ficile, vel periculosum debere precipi parti per iudicem, alias pos-
set appellari, hoc tamen expresso: sed difficile & periculosum arbi-
trabitur bonus iudex. de spon. de muliere. vt lite non contesta. ac-
5 cedens. ij. secundum Hostien. ¶ † Quero an lapsus termini exclu
dat facultatem redarguendi de falso instrumentum. De successo-
ribus archiepiscopi dicit hic Innocen. quod olim erat in litera si-
lentium, scz imponatis sibi & successoribus. Sed hodie est decisa:
quia quarta subintelligitur. argumento de solutioni. capit. pri-
mo. Sed dicit Hostien. quod ideo quia non preiudicat contuma-
cia predecessoris successori, quando dolose omittit. de in integ. re-
6 sti. c. j. lib. vj. quod est verius, secundum Hostien. ¶ † Quero qua-
re vult archiepiscopum fore contentum. xij. hominibus. dicit, ne
forte violentia monachis inferatur. Ponderāda etiam esset quali
tas horum hominum: vnde arbitrabitur iudex, qui sint tales, de
quibus non sit suspicio aliqua violentie. de offic. ordi. vt iusta. & cō-
sulit Hostien. quod primo iudex diligenter videat, voluat, & reuol
uat, & cognoscat si nouum aliquid acciderit circa illa, & si casu ali-
qua litera peruenerit ad manus aduersarij, que postea reperitur
viciata, cum prima sana esset, & integra, hoc arbitrabitur bonus
iudex: nam & alius potuisset illud fecisse: sed nec corrupta presu-
mitur de domini voluntate. ff. de probationi. l. eum, qui chirogra-
phum. C. de Lati. lib. tol. l. si vna. §. ille etiam. Et si potenter, & vio-
lenter literam in presentia iudicis laniauerit, tunc non est locus
coniecturis. ff. de verborum obligatio. l. continuus. §. fina. sed ha-
bebit iudex hoc punire arbitrarie, & extraordinarie. ff. de publi. l.
licitatio. §. quod illicitum. & repelli debet talis violenter authorita
7 te iudicis. argumen. s. titu. j. peruenit. j. cum suis concordan. † Gl.
prima ponit ad quid instrumenta exhibeantur, & que exigantur
vt exhibeantur ad finem vt illa de falsitate arguantur. Alie glos.
sunt clare, & suppletione non egent. de materia gloss. in verbo, alte-
rius, per gloss. & ibi plene dixi. s. de proba.

1 ☞ Instrumentum quo quis vtitur coram iudice aduersario integraliter legi non debet.
2 Instrumenti solo auditu quis non adstringitur de fide illius.
3 Instrumentum plura capitula comprehendens quomodo conficiatur.
4 Instrumentum commune non cogitur quis edere.
5 Instrumenta sunt edenda partibus presentibus.

1 COntingit. ¶ † Instrumentum, vel priuile
gium, quo quis vtitur aduersa
rio coram iudice integraliter legi non debet, sed solum
illud capitulum, de. quo agitur, legi debet. hoc dicit.
2 Communis diuisio. Secunda ibi: consultationi. ¶ † Nota quod
ex solo auditu instrumenti, que sit pena, non adstringitur de in-
3 strumento, sicut si totius illius copiam habuisset. ¶ † Nota hic
practicam condendi instrumentum plura capitula comprehen-
dens in se. Dicit Ioan. Andr. de decreta. potest exemplificari in
priuilegio Predicatorum, quod appellatur Mare magnum: in
quo plura capitula continentur: nam non esset congruum ppter
vnum capitulum ibi comprehensum, de quo queritur, dare copiaz
totius priuilegij, an debeat recitari totū, an sufficit quod illa par-
ticula recitetur. Innocen. quod totum, licet pars debeat scribi.
Hostien. contra opinio. Innocen. approbatur de priuile. cum per-
sone. libro sexto. facit decreta. quod an si allegetur statutum, debet
produci totum volumen, an sufficiat quod producatur vnum sta-
tutum. Dic quod non est necesse quod volumen totum edatur, sed
sufficit quod totum statutum pertinens edatur: nec sufficit ede-
re particulam statuti facientem ad rem: quia ibi posset esse pars
in fine, que totum corrigeret. ff. de legibus. inciuile. Nec obstat
hec decreta. & l. argentarius. §. edi. ff. de edend. quia hic loqui-
tur de editione facienda parti. Quod dixi de editione facienda iu-
dici, statutum tantum quod producitur in dubio presumitur. ff. de
probatio. cum de lege. nisi ex certa scientia appareat quod non est
totum, vt quia notarius exemplans dicit quod est particula statu
ti, vel ibi dictio, &c. vel id est. licet tamen pars non posset edere par
ticulam legis, tamen lator, in quo cessat omnis suspicio, potest. ff.
de iudic. l. pars literarum. ad legem. Aquiliam. l. secunda. & patet
in multis partibus huius voluminis. Idem in iudice, qui facit
edi particulam a notario: quia in eis cessat suspicio: imo si in statu
to est posita aliqua additio, illa edi debet. Idem si sit cassatum: vt
dicta. l. inciuile. & l. sequen. secundum Barto. in rubrica. ff. de noui
4 ope. nuntia. ¶ † Oppo. quod non sit quis cogendus ad instrumē-
ta edenda. de probationi. capitulo primo. gloss. quod hic erat vsu-
rus. ideo edere tenetur. De hoc in dicto capitulo primo. ad hoc de
prescriptio. ad audientiam. & c. auditis. & hoc siue in modo exce-
5 ptionis, siue in vi actionis. de consuetudi. cum dilectus. ¶ † Nota
penulti. gloss. quod sicut testes recipi debent presentibus parti-
bus, ita & instrumenta edi. Et nota quod in causa criminali editio
fit absente iudice, & sic est delegabilis receptio instrumenti, licet nō
testium. C. de fide instrumento. apud eloquentissimum. Sed dici
potest quod hic agebatur ciuiliter. Idem hic cessat causa quare in
criminali exigitur presentia testium, cum non trepidet instrumen
tum, & cognosci possit per alium de facili via instrumenti. Inquā-

tum gloss. vltima dicit quod alia capitula non debeant tradi, hoc
videtur contra .l. argentarius. §. edi. Sed dic quod illud loquitur
in rationibus communibus, vbi sunt data & accepta, que debent
a capite edi. Vel secundum Joan. veritas est quod debent edi ra-
tiones legis, sicut hic editur instrumentum: quia eduntur a capi-
te, ad inspiciendum si transcribitur solum id, de quo est questio,
secundum Joan. And. & hoc sequitur Barto. in dicto. §. edi. An-
tonius de Butrio.

1 ¶ Reus absoluitur, cum iura actoris sunt obscura.
2 Subiectionis questio quomodo dictari debeat.
3 Libellus generalis in accessorijs procedit.
4 Jurisdictio, & districtus possunt quandoque vt diuersa poni.
5 Clausula libelli, saluo iure addendi, vel minuendi, quid operet.'o.
6 Sententiam super possessorio iam latam cautum est allegare in petitorio, licet non proficiat.
7 Fructus percipiendos non est in libello necesse petere, cum illi iudicis officio veniant, sed tantum perceptos.
8 Abbas non potest stare in iudicio sine capitulo, licet possit prelatus.
9 Petitorio quando quis potest agere, qui in possessorio obtinuit.
10 Episcopus quomodo potest dici comes.
11 Libelli articulus licet deducat minus tempus, non per hoc inducit contrarietatem.
12 Fame probatio non semper iuuat.
13 Confirmatio validare potest actum nullum.
14 Instrumentum potest dici suspectum ex consumptione in loco annotationis.
15 Instrumenti fidem que faciant vacillare.
16 Media possunt indicari ex proportione extremorum.
17 Instrumentum priuatum an probet.
18 Instrumentum an presumatur falsum ex eo quod charta sit antiqua, & scriptura noua, vel sigilla reperiuntur corrupta.
19 Facies media quando possit dici.
20 Instrumentum in parte rasum vt possit dici falsum in quibus locis esse debeat rasura.
21 Instrumenti publicitas datur manu publica, & sigillo publico.
22 Sigilli corruptio enormis vitiat rescriptum.
23 Sigillum in nomine tantum partem nominis concludens, quomodo non probat.
24 Instrumentum, an ex corruptione sigilli vitietur.
25 Sigilli enormis lesio an sufficiat ad tollendum probationem.
26 Scriptura priuata quando proficiat ad probationem.
27 Instrumentum an ex literis vel scriptura aliena possit dici suspectum, vbi notarius illud signauit.
28 Sententia si non preiudicet, ita nec acta.
29 Sententia an possit sententianti preiudicare.
30 Attestationes publicate quomodo preiudicent personis, inter quas sunt facte.
31 Responsio debet in dubio adaptari ipsi interrogationi.
32 Priuilegium habens in se repugnantiam in verbis delusionis quomodo ad concordiam possit reduci.
33 Locationis actu non potest probari proprietas, nec possessio.
34 Pensionis responsione an probetur proprietas, vel possessio rei.
35 Datum quod est, an possit confirmari.
36 Possessio quomodo possit haberi ex pluribus causis.
37 Accessorium, quod per se subsistit, potest sine principale valere.
38 Probatum id non dicitur, quod multipliciter est impugnatum.
39 Locator an possit domini rei locate questionem referre.
40 Scholaris recedens an possit in domo vel camera ponere aliquem inuitis consocijs.

1 **Inter dilectos.** ¶ † Reus absoluitur,
cum iura actoris sunt
obscura, vel litera, vel sculpture sigilli deleti. hoc dicit.
In prima petitio, & iura, & allegatio actoris. In secun-
da responsiones, & defensiones. In tertia sententia legati. Legam
2 per partes. & primo vsque ad versic. sed contra. ¶ † Nota primo pra-
cticam petitionis super iure subiectionis, & quod verba dictanda
sunt in procuratorem, & quod nomine ecclesie agit prelatus, & con-
clusionem in reali: quia ad restituendum aduocat eius possessio-
3 nem, sed non nudam. C. de ali. iu. mu. l. j. † Et nota quod in acces-
sorijs procedit libellus generalis. De quo de ordine cognitionis
4 cum dilectus. de libelli oblatione. capitulo secundo. ¶ † Nota se-
cundo quod hic ponuntur vt diuersa, districtus, & iurisdictio. de
quo de probatio. licet. vt lite non contestata accedens. & in clemen.
5 ne Romani. de electio. ¶ † Nota clausulam in fin. saluo iure ad-
6 dendi, vel minuendi. sed dicit vsque ad versicu. primo. ¶ † Nota
cautum allegare sententiam in possessorio, etiam quando agitur
petitorio, licet non proficiat. ff. de libera. causa. l. si pariter. ff. de ac-
7 quirenda possessione. l. naturaliter. §. primo. ¶ † Nota non esse ne-
cesse in libello petere percipiendos, sufficit petere solos perceptos
fructus, quia percipienda veniunt officio iudicis. ff. de edilit. edi. l.
8 ediles. §. item sciendum. ¶ † Oppono quod non admittatur ab-
bas ad agendum. de transactionibus. contir. git. Dic quod habe-
bat mandatum a capitulo, secundum gloss. vel cauit de rato. Sed
dic quod prelatus potest stare in iudicio sine capitulo. de quo dic
vt de rescriptis. edoceri. Glossa secunda colligit notabile collectum
in litera. vide quod nota. de dolo. litere. & vide in Specula. de libel.
9 conceptione. §. nunc videndum. versicu. quid si aliquis. ¶ † Glos.
quarta opponit quod non debuerit admitti ad agendum, si possi-
debat, quia obtinuit in possessorio. de iudicijs. examinata. Dicit
gloss. quod obtinuit forte in possessorio causa rei seruande, sed ar-
chiepiscopus recuperat possessionem: vel non stetit capitulum in
possessione, sed archiepiscopus. Vel forte licet fuerit lata sententia,
non fuit extorsio facta. de re iudicata. cum aliquibus. secundum
Innocen. & Hostien. Vel a principio vterque intentabat. Item et
possidens agit in istis incorporalibus: sed obstat quia non conclu-
dit restitui. de iudi. examinata. ¶ Quero cum gloss. an illa verba,
saluo &c. in libello aliquid operentur. Gloss. dicit quod non, sed ad
cautelam apponuntur: nam per ipsum non plus licet addere, vel
minuere, quamuis permittat. Idem Innocen. & Hostien. hic, & Gu-
hel. in Specu. de libelli conceptione. §. nunc ostendamus. circa fi-
nem. Nec vitiat talis additio libellum, quasi faciat illum incer-
tum: cum sit idem, ac si peteret, Peto tantundem plus, vel minus:
quia poterit nunquam euenire casus protestationis, & manebit pe-
titio tertij: & si euenit, certificabitur additum: & sic semper certa fuit,
& erit: & maxime quia hec protestatio de iure subintelligitur. Non si quis
in libello est incertitudo, licet quandoque admittatur disiunctio. de
in integrum restitutio. constitutus. De hoc an liceat mutare. C. de
edendo. l. edita. digi de libel. oblatio. & Hostien. remittit ad Sum-
mam de libelli oblatio. §. & an libellus. not. gloss. super verbo. perti-
10 nere. quod latissime patet. ¶ Venio ad secundam partem in vers.
satagens. nota de dictione, quondam, & quod episcopus potest es-
se comes. ¶ Nota quod in fundatione monasterij episcopus po-
test aliqua donare ecclesie. ¶ Nota quod episcopus potest esse de-
legatus Imperatoris in causa ecclesie. Et nota quod in causa su-
per re ecclesiastica iudex secularis est iudex. ¶ Nota quod in eodem
11 priuilegio aliquid potest concedi, & confirmari alternatiue. ¶ † No-
ta practicam, & cautelam vt formetur libellus dupliciter in tempo-
re, quod deducitur. Et nota quod licet minus tempus deducatur in
vno articulo, per hoc non inducitur contrarietas: quia vnus arti-
12 culus per alium non suppletur. ¶ † Nota cautelam, vt in fine arti-
culorum semper ponatur articulus de fama. ¶ Oppono quod episcopus
non possit comes esse: quia adeptione dignitatis episcopalis per-
dit nomen dignitatis temporalis. Dic quod dicitur comes ad mo-
dum Italie, vbi de genere comitiuo appellatur comes. Sed obstat,
quia sigillare debebat sigillo comitatus, & non sub sigillo episcopi, si
donauit vt comes. Dic quod ex quo etiam est episcopus, potest si-
gillare vt episcopus: & quia si quis est de genere comitum, solus prin-
cipalis sigillat sigillo comitatus, ideo sigillauit sigillo epi. Vel hic
erat episcopus, & comes, quod est aliquando. ¶ Oppono quod de-
buerit cognoscere ecclesia. de foro competen. ex tranmissa. Solut.
Dic quod res erat feudalis in pendenti, ideo ipse cognoscit vt ibi.
¶ Oppo. quod allegatio sententie, esset impertinens: quia res in-
ter alios, &c. Solutio. Dic quod forte Mediolanen. se volebat de-
fendere ex donatione nepotis. ff. de appellationibus. a sententia.
¶ Oppono quod probatio testium saltem preiudicaret. Dic quod
forte non probauit: & de alijs attestationibus loquitur de testibus
productis coram delegatis pape in hac causa ad probandam pre-
scriptionem, & famam: ibi in productis coram delegato Imperatoris
ad probandam legitimam donationem. ¶ Oppo. quod iuuet pro-
batio fame. ff. de proba. si arbiter, Dic quod hic contemnit, quia re-
gulariter non statur probationi fame, vt digi de testibus. veniens.
Sed posset dici secundum Hostien. quod hoc ideo, quia alia indi-
cia sic euidenter probantur, quod prestant adminicula contra fa-
mam, que potuit oriri ex falsis instrumentis, de quibus sequitur:
aliter sufficeret fama cum adminiculis. de quo supra, de testibus. pre-
terea. ¶ Nota bene quod articuli de fama probati non sufficiunt,
quando reprobantur probationes: quia presumuntur famam tra-
xisse originem ab illo instrumento reprobato. Vel repete literam. s.
13 videbant probare. ¶ † Oppo. quod confirmatio & collatio infirmi
concurrere non possunt: quia quod nullum est, confirmatione non eget.
de confir. vti. per totum. Sol. Dicit glo. quod collatio iuris fuit facta
per Luitardum: sed quia non valebat ad preiudicium domini feudi, scili-
cet Imperatoris, Imperator contulit, & confirmauit. Vel dic quod col-
latio ad aliud refertur, vt. j. dicetur. Dicit Jo. an. quod quidam dicunt quod
ad confirmationem respiceret vtile vel inutile dominium, quod habebat

vasallus

vasallus,in quo trāsferendo licentia domini erat necessaria:colla-
tio vero respiciebat maius,scꝫ directum dñium,qḋ habebat dñs.
Sed,vt dicit Inn.nō est credendum ꝙ dominus voluerit per hec
verba a se abdicare directū dominium.Et dicit Hosti.ꝙ etiam si
velit,forte nō posset.ff.de off.pret.l.legatus.C.de patria.po.l.abdi
catio.scḋm que vel quē tex.pōt poni correctiue.Simile.j.de re.ec-
cle.nō alie.c.si.quia nō valuerat donatio facta per comitē.j.de do-
na.preterea.de testi.nuper.nisi dicatur aliquid speciale in ecclesia.
Super quo remittit ad gl.vltimā.de re.eccl.non alie.In alia par-
te dicit Inn.si tꝫ cōcessio,valebit vt cōfirmatio,⁊ nō vt cōcessio an
tiqua,tenebit ꝯfirmatio ⁊ ꝯcessio simul,cōcessio ⁊ nō vt ꝯfirmatio,
maxime ex quo sic alternatiue esset facta,⁊ cautius esset facere eaꝫ
sub cōditiōe,cōfirmamus:⁊ sic nō tenuit:de nouo donamus. Nec
obst.ꝙ hic nō tenuerit concessio:qꝛ ex priuilegiis falsis.de in inte.
resti.cōstitutus.Sed dicit Inn.⁊ Hosti.post eum,qḋ nō tenuit do
natio ex priuilegio Luitardi,vt ex priuilegio Imperatoris:quia
Imperator credebat donationē valere,⁊ illi vt valide nitebatur:
vnde nō habuit intentionē donādi:⁊ intentio in donāte est necessa
ria.Instit.de dona.§.⁊ in summa.Item sicut nō tenet sententia la
ta ex falso instrumēto.C.si ex fal.instru.l.j.⁊.ij.Sed si ex primo in-
strumento nō apparuisset pluralitas,nec illi niteref princeps,sed
diceret,Talia ⁊ talia cōcedimus,⁊ cōfirmamus:nō quęrerem que
sint cōcessa,⁊ que cōfirmata:qꝛ in quib' nō valet cōfirmatio, cōse-
quēter valet vt cōcessio:qꝛ hec videf fuisse principis intētio.quasi
dicat,in omnē euentū volumus quod valeat,⁊c.siue vt cōfirmata,
siue vt donata.Et hoc verū,nisi per surreptionem priuilegium sit
obtentū,vt hic.⁊.j.c.j.Et sic in dubio fiet interpretatio vt res po-
tius,⁊c.vt in iuribus alleg.in glo. Alias cōfirmatio,⁊ datio sunt
incōpassibiles,si cōfirmatio precedat collationē.Secus si cōfirma
tio subsequatur:quia qḋ datū est,bene potest confirmari:vt no.de
iur.om.iud.l.⁊ qꝛ.⁊ no.Inno.in.c.j.de eo,qui mit.in pos.qḋ priuile
gia cōfirmatoria sunt meliora illis,que sunt ad instar : quia in cō-
firmatoriis dicitur de re aliqua qḋ sit donata vel vēdita,⁊ pro tali
habef:nec intelligitur propter talia verba donatio ꝯfirmata,licet
in priuilegio dicaf a principio,Cōfirmamus omnia habita ⁊ ha-
bēda:nisi ea,que danf,vel statuūtur,principaliter nitantur cōfir-
mationi,ita qḋ cōfirmatio est principalis causa,quare sit donatū,
vel statutū:⁊ nō ponif cōfirmatio narratiue tantū.Ad hoc qḋ no.
in summa.C.de fal.cau.adiec.le. Sec' si in priuilegio cōtineret,Cō
cedimus ad instar:quia tunc omnia,que sequuntur, intelliguntur
cōcessa ad instar.Unde si sequeretur in priuilegio Donamus vo-
bis talē ecclesiā.subintelligendū est ad instar.Et eodē modo si di-
catur,Decernimus,vel statuimus.Imo idem si dicat , Adiicim'
etiā qḋ habeatis tale ius in tali ecclesia:vel etiā eam eximimus:qꝛ
semper intelligendum est ad instar. Item dicit qḋ quando in pri-
uilegiis dicitur,Eximimus omnes ecclesias vestras,que per nos
sumpserunt regulā beati Augustini,in quibus has duximus ex-
primēdas:hec verba ponunf narratiue.iij.q.vj.hoc quippe.Ideo
nulla ecclesia expressa probaf exēpta,nisi ꝓbetur per eos qḋ sum-
pserit regulam beati Augustini,ſm Inno.de quo in Spec. de in-
14 stru.editio.§.nunc autē.in.j.colū. ¶ † Uenio ad versi. sed contra.
No.qḋ cōsumptio in loco annotationis potest reddere instrumen
tum suspectū:⁊ idem in qualibet solēnitate,que apponitur in in-
15 strumēto,ad perpendendam falsitatem instrumenti. ¶ † No.plu-
ra,ex quibus instrumentum vacillat.Primo,si cōsumptum est in
indictione.Secūdo,si charta antiquior appareret. Tertio,qñ cor
ruptum est sigillū vocabuli corruptela, vel assignatione termini.
Quarto,qḋ sigillū debet ꝓportionari in scriptura dignitati sigil
lantis:alias falsum presumif,eo qḋ formam habet proportiona
bilem alteri dignitati. ¶ No.tria,ex quibus vitiaf authoritas si-
gilli.Primū,ex figura,quādo nō proportionatur dignitati sigil-
lantis.Secundū ex nomine,quando non est integre descriptum.
Tertiū quādo corrupte sunt litere sigilli:qꝛ pars est recēs,⁊ pars
16 antiqua. ¶ † No.qḋ ex proportione extremorū iudicamus de me-
diis:⁊ ex qualitate loci,⁊ spatii deleti presumimus de medio abin
17 de deleto. ¶ † Quedā que ponit hic Host.de instrumento priuato
18 an probet,⁊ de ꝓcuratorio,dixi.š.c.ij.ideo hic decido. ¶ † Quero
an eo qḋ charta sit antiqua,scriptura noua,ꝓbetur ex hoc instru
mētum falsum.Dic qḋ nō,sed inducit suspicionē, nō probationē:
quia ⁊ nouus cōtractus in charta vetustissima scribi pōt.Sed hec
⁊ alia multa,que hic ponūtur,simul iuncta cōcludūt sigillū corru-
ptum,⁊ onerāt aduersariū ad probandum verum.ſm Inno.Idē
dicit de corruptionibus sigilli,qḋ sunt vehemētissime ꝓsumptio-
nes,nō tñ sufficiētes probationes,per verbū videbatur, quasi di-
cat presumebaf.Unde dicit qḋ.sigilla per se nō sufficiūt:omnes tñ
iunctim sufficiunt ad onerandū aduersarium vt probare teneatur
19 priuilegium verū. ¶ † Quero quando posset dici media facies:vt
quia dimidia facici naris,oris,⁊ auris vnius apparebat:exemplū
in facie integra,quando sacerdos se voluit ad populū:in dimidia,
20 quādo manus lauat ad cornu altaris. ¶ † Querit gl.in quib' lo-
cis cōsumptio,vel abrasio inducat suspicionē.Dicit gl.qḋ in nomi-
nib' iudicū,in data,⁊ remotiōe appellationis.Itē in testiū coactione,⁊
iuris narratione,ſm Io.⁊ Uin.Itē in nominib' partiū,vel rerū,
super qb' est iudiciū,vel in ꝯclusione,vel in cognitione attestatio-
num,vel termini assignatione,⁊ in multis aliis,ḋ iudex pōt intue-
ri discret',ſm Io.qḋ ꝓbat Host.ꝑ decre.ex lrīs.⁊.c.cū te.significā
te.⁊.c.Rodulphus.⁊.c.si.de cri.fal.lꝫ.Dicit et Inn.iudicē debere
attēdere,si ꝯ istas ꝓsumptiones alie subsint.de cri.fal.c.penul.⁊ vl-
timo.de elec.cū inter.R.Dicit etiā qḋ plus reddit scriptū surre-
ptitiū rasura,quā consumptio.arg.j.c.si.⁊ de cōfir.vti.vel inu.dile
cta.Idem ad literā ponit Spe.in ti.de instru.edi.§.restat in princ.
Gl.in verbo,indictionis,ponit quedam solennia instrumenta,in-
ter que est indictio:⁊ si est erratū in indictione,vel aliter omissa in-
dictio,cōcludit Io.An.in data Sexti,qḋ si notari' corrigit,⁊ cor-
rigere pōt:qḋ ptꝫ ex his,ḋ dixi.š.c.ex lrīs.⁊ ḋ no.ibi i data Sexti,
tūc stabif correctioni:si nō corrigit,vel nō potest,qꝛ est alter nota
rius,si hoc patere potest error ex protocollo,stabitur protocollo.
Item si ptꝫ de indictione , quia expressit nomen consulis ,qui erat
anno illo.Itē qꝛ ptꝫ de errore indictionis,si nō potest hoc patere.
omissio,vel error vitiat,ſm Io.An.So.Dic qḋ dꝫ habere annos
Dñi:⁊ qdā cōputāt ab incarnatione Dñi:vt.lxiij.di.c.j.Alii a na
tiuitate,vt dicūt dñi de Rota:quia hec rectior cōputatio:⁊ sic ho-
die seruat Romana curia.Uide qḋ ipsi notāt sua ꝯclu.xliij.Et an
si cōficiaf inter Iudeos instrm̄ a notario Christiano,debeat inuo
care nomē dñi:vide But.⁊ Bar.sup rubrica Codicis ⁊ Digesto-
rū:⁊ ibi qd si cōficiaf a Iudeo inter Christianos.Bar.dt qḋ Chri
stianus dꝫ inuocare nomen domini Iesu Christi.Iudeus non,ne
videatur hoc facere in opprobriū Christianorū.Dicit scḋo gl.qḋ
exigif in instrumēto nomen Imperatoris,dies,⁊ mensis.Hec pro
cedunt in instrō publico:in priuato Lutri.tenet etiam qḋ exigaf.
Nec obstat.l.cū tabernam.§.idem quesiit.ff.de pignori.qꝛ ibi non
dicit de instrumento.sed dicit de contractu.Et ponit in prima cō-
stitu.Digestorū.Bar.contra.Olim etiam ponebaf nomen consu-
lis,sed nō hodie:vt no.gl.j.q.iii.quoties oculus.post prin.ij.q.vlt.
libellorum.Item locus ponendus est in instrumento.ij.q.ij.cū re-
demptor.gl.⁊ plene per gl.in.c.abbate sane.de verb.signi.Postea
docet computare indictionem.Uide hanc glo.xxiij.dist.in nomine
Domini.⁊ vide in ti.de instru.edi.§.j.iuxta prin.⁊.§.instrumentū.
versi.item quod non est actum.xxiij.q.v.de Liguribus.ponit hic
Io.And.tempus compositionis.Spe.quod patet in pralleg.qḋ
fuit in.M.cclxxj.Host.autem cōposuit apparatum.M.ccxxxiij.
vt hoc titulo.§.ij.in Summa , in.ij.col.ibi.xv.annis.nam.xv.anni
faciunt vnum lustrum.ff.loca.l.item queritur.§.qui impleto ⁊ ibi
tres apponit dies.Dic quod anno natiuitatis Domini tertia in-
choat indictio.Gl.sequēs corrigit vnam comparationē charte ad
scripturam:⁊ remittit de alia comparatione,de qua,⁊ ex quib' in-
strumentis fiet,per quem,⁊ qualiter,⁊ de ipsius effectu,per Host.
in Summa huius ti.§.iij.iiij.⁊.v.in verbo,delere.illa querit an qs
possit alieno sigillo sigillare.Dic qḋ sic,dummodo hoc exprimat.
Fallit in contractibus magnarum rerum,⁊ maxime principū,vbi
21 proprio sigillo sigillandū est.infra de appel.significauit. ¶ † Ue-
nio ad versi.eadē.Nota duo signa,que dant publicitatē instrumen
22 to,manus publica,⁊ sigillum publicū. ¶ † No.ij.qḋ enormis cor-
ruptio sigilli vitiat probationē priuilegii,vel instrumenti,qḋ a si-
23 gillo capit authoritatem publicitatis. ¶ † No.iij.sigillū in nomi-
ne tantum partem nominis cōcludere quod vitetur equiuocatio,
24 ⁊ qḋ equiuocabile ad plura,alterum necessario nō ꝓbat. ¶ † Que
ro an si in instrumēto publico apponaf sigillū,qñ est cōfectū ma-
nu notarii,an ex corruptione sigilli vitietur probatio instrumēti.
Dic qḋ nō,ſm Inn.nisi appareret ſm Host.ex tenore instrumēti,
qḋ ab authoritate sigilli ꝓcederet fides instrumēti,vt expresse di-
cerēt partes aliter nō valere.C.e.si ꝯctus.š.de pac.c.ij.de trāsa.c.j.
25 ¶ † Quero an enormis lesio sigilli sola sufficiat ad tollendā pro-
bationē.Inn.dicit qḋ sic.Si aūt esset non enormis.sed leuis lesio,
nō tolleret fidē instrumenti:qḋ totum est relinquendū arbitrio iu-
26 dicātis:vt de cōse.eccl.vel alta.qḋ in dubiis.⁊.c.ligneis. ¶ † Que-
rit gl.an priuata scriptura ꝓficiat ad ꝓbationē.Gl.dicit qḋ non,
nisi habeat subscriptos duos testes,⁊ iunēt scripturā:vt.š.c.ij.sed
dic vt ibi dixi.Et sic no.qḋ priuata scriptura,etiā subscripta,nō ꝓ-
bat ad preiudiciū tertii,nisi testes iuuent eam.dic vt dixi in.d.c.ij.
27 ¶ Uenio ad versi.instrumentum. ¶ † Nota.qḋ ex lrīs instrumen
tum presumitur suspectum.Solu.Quod redditur suspectum, qñ
scriptura,⁊ subscriptio apparet diuersa manu.A contrario qḋ si
attestaref de diuersa manu,valeret instrm̄. ¶ Quero an qs possit
scribere instrumētum per aliū,⁊ postea subscribere , ita ꝙ valeat.
Dicit hic Io.An.qḋ lrā facit qḋ fieri possit:qꝛ si scripsisset ꝑ aliū,
⁊ postea subscripsisset,⁊ attestaretur hic,qḋ valuisset hoc instrm̄.
qꝛ fecisse videf per se,qui fecit per aliū:vt in regula,qui per alium.

cũ concor. Et sic faciũt multi tabelliones. Quod tñ non est verum,
si fiat per manum priuatam: sed nec per publicam, nisi iudicis au-
thoritas interueniat. in aut. de tabellio. coll. iiij. §. e. pen. et vlti. fm
Bald. De quo in Spec. de instru. editi. §. restat. versi. quid de hoc.
ibi Specu. nihil approbat, sed dicit qd melius est qd scribat per
se. Plenius ponit eo. titu. §. instrumentum. versi. item opponitur
qd nõ est cõfectum. et etiam Ioã. And. in additio. Specu. cuius cõ
clusio hec est. Si in loco est magister stationis, qd ambo et magi
ster, et discipulus scribãt, et subscribant, et ad maiorem authorita-
tem postea subscribat, hoc nõ est improbatum in aut. de tabelli. §.
nos autem. xij. q. ij. cum redemptor. in aut. de fide instru. §. his ve-
ro. sed qd is scribat instrumentum, qui non fuit presens instrumẽ
to, et per alium postea subscribatur, ipse, qui scripsit, vel subscri-
bens, ex quo non interfuit, hoc non potest fieri, nisi aliud haberet
consuetudo, vel statutum: quia hoc officium est indelegabile. Pu
tarem tamen etiã de iure tolerari instrumentũ, si ambo essent ro
gati, et quilibet se subscriberet, et vnus scriberet, et sic seruatur Bo-
nonie: nam tunc fortius est instrumentum, quã quando vnus tan-
tum est rogatus. Et hoc satis colligitur ex glos. in dicto §. nos au
tem. ¶ Quero an qd de sententia priuilegij nõ fieret mentio, hoc
sufficeret ad probationem. Dicit Inn. qd nõ, sed ad presumptio-
nem: et idem qd charta esset recẽtior. et c. Nõ sunt glos. nisi literales,
et ideo dimitto. ¶ Venio ad versic. porro. Not. regulam in textu.
28 ¶ † Nota quod vbi non preiudicat sentẽtia, nec attestationes, nec
confessiones, et alia acta, et sic attestationes, et acta in iudicio regu-
lantur a sentẽtia, vt vbi illa preiudicat, preiudicẽt et acta. Ad hoc
de iudicijs. at si clerici. Vide Inno. de testibus. causam. et doctores
29 in. l. ij. ff. iudicatũ solui. et. y. in. l. is, apud quem. ff. de edẽ. ¶ † Opp.
quod debuerit preiudicare sententia archiepiscopo sententianti.
Tum quia sciebat causam suam agi. s. de re iudi. quamuis. Tum
quia subscripsit actui, qui gerebatur super iure, vel re sua. ff. de pi-
gno. si fideiussor. Tum quia videtur gestũ super re sua inter alios.
de trãsac. ex literis. et de inoffi. testa. l. pen. Dic qd nõ preiudicat. de
re iudic. suborta. et eo. titu. c. super. Non obst. c. quis. quia loquitur
quando quis agebat de iure in eo, quem poteram prohibere, et qui
poterat rem ad preiudicium meum deducere in iudicio. Idem di
cit si quis me sciente meo nomine agat, et non prohibeo. ff. manda-
ti. qui patitur. hic autem ignorabat forte archiepiscopus. Item
non poterat istos prohibere disceptare de iure suo inter se. Item
non habebat aliter potestatem deducendi hoc ius ad preiudiciũ
alterius, cum non haberet ab eo causam. nota tamen vltimum di-
ctum. no. idem. s. de rescrip. ex parte decani. Idem no. de offi. dele-
ga. cũ in iure. Contrariũ no. de re iudi. c. penul. et ibi plene dicam.
et vide Bar. ff. de re iudi. l. sepe. Nõ obstat. l. si fideiussor. qr loquitur
quando quis rem suam obligauit. et subscripsit authoritatẽ prestã
do. ad hoc. c. ex literis. Secus si fecit tãquam iudex, vel testis. ff. de
pigno. actio. l. Caius. et hoc ex sentẽtia, per quã nõ acquirimus de
nouo, sed ius, quod est, detegitur. Nõ ob. l. penul. quia ibi volunta-
rium officium. scz porrectionis, vel aduocationis: hic necessariũ iu-
dicandi. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. et ho. Unde cum officiũ
suum sit sibi dãnosum, non sibi preiudicat. Secus in officio volun
tario, vt in cõtrario. Ad hoc. ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. si. ff. de
rei vendi. l. inter officium. C. de admini. tut. l. quedam mulier. Se-
cundo modo ad omnia potest responderi qd lata fuerit sñia tan-
tum in possessorio, que non preiudicat in petitorio. ff. de acquiren.
possess. l. naturaliter. §. nihil. l. eandem. §. si. ff. de exceptio. rei iudic.
Uel dic qd ex nouo iure hec potuerunt post sentẽtiam ad Medio
lañ. ecclesiã peruenire, fm Innoc. Item qr vel archieps sciebat: et
factũ eius nõ potest preiudicare ecclesie. Uel ignorabat, et de igno
rantia sua foret excusata. de cle. excom. mini. ad apostolice. Per li-
teram dicit Io. And. cantũ esse in instrumento sentẽtie apponere
omnia acta cause, et maxime acta substãtialia, cum sententia publi
catur: et maxime si postea cõtra processum aliquid obijceretur, fiat
fides: et olim ita breues erãt qd facillime fieri poterãt: sed hodie est
30 interrogatoriorũ multiplicitas, qd hoc facile fieri nõ põt. ¶ † Ul-
timo inquantũ litera dicit attestationes non necessarias, quidam
dicunt hoc ideo, quia nõ fuerunt publicate, quasi essent publicate,
cum publicatio nihil aliud faciat, nisi qd prius nõ erat authenticũ
post publicationẽ est authẽticũ: et valet inter personas, inter quas
actum est, et quãdo ad idem agitur, fm Inno. An possent acta ra-
tificari inter alias psonas. Gl. que sic in ceteris est clara. ¶ Venio
31 ad versi. ceterum. ¶ † No. qd ex forma petitionis et interrogatio-
nis colligimus intellectum respõsionis, vt in dubio adaptetur re-
32 sponsio interrogationi. ¶ † No. qd priuilegium habẽs in se repu-
gnantiã in verbis delusionis, ad concordiam reducitur, contra id
de testi. cum tu. ¶ No. qd confirmatio, et donatio circa idẽ, est incõ
passibilis: quia confirmatũ donari non potest. ¶ No. qd impossi-
bilis est cõcursus priuilegiorũ causarũ ad acquisitionem dominij,
33 vel proprietatis alicuius iuris. ¶ † No. qd per actũ locationis nõ
potest probari proprietas, nec possessio, cũ aliena res, et nõ posses-
sa possit locari. Ad hoc. de except. cũ venerabilis. et de appella. ho-
34 ne. et gl. de re iudic. cũ Bertoldus. † Quid de responsione pensio-
nis, dixi. s. de resti. spolia. cum venissent. Dicit hic Vincen. quod
perceptio etiam probat, vt in iuribus. s. alle. et alleg. l. quamuis. de
acqui. poss. Sed dic vt s. remisi. Gl. signat qd cõtraria circa illud
interpretandũ est vt res magis valeat, et c. in fi. gl. dic vt in regula,
35 in obscuris. et in regula, contra eũ. de regu. iur. li. vj. ¶ † Secundo
opponitur qd id, quod dari põt, possit confirmari. l. x. dist. in syno
do. xcij. dist. in nomine Domini. de electio. cum inter. d. c. in syno
do. In, pprie ponitur, vt ibi no. Ad. c. in nomine Domini. dic ibi
speciale: et ratio ponit in. c. licet. de electi. Uel dic ad alia qd eligere
nõ est dare, qr nõ tribuit ius in re, sed ad rem: que sunt diuersa. de
cõcess. prebẽ. c. penul. et fina. lib. vj. Non obst. de resti. spolia. cum ve-
36 nisset. de eo, qui mit. in poss. c. j. quia dic vt ibi not. ¶ † Oppo. glo.
de leg. iij. §. ex plurimis. de acquir. possess. Dic quod haberi potest
possessio ex pluribus causis, nõ proprietas. De hoc per Dy. in re
gula, possessor. de regu. iur. libro sexto. Infert gl. arg. qd si aliquis
alleget plures titulos, qd succũbat: qd fatetur agẽdo: secus: si ex-
cipiẽdo. Ad hoc de electio. vt quis duas. lib. vj. Et est ratio glo. qr
nullus prohibetur pluribus exceptionibus vti. de reg. iur. nullus
37 pluribus. li. vj. ¶ † Opp. qd aliquando valeat accessoriũ sine prin-
cipali. de fideiur. debitores. Solu. Ibi accessoriũ subsistit per se, et
nõ est ibi eadem causa in vitiando accessorio, que in principali, hic
sic. De hoc in regula, accessorium. de regu. iur. lib. vj. Venio ad vl-
timam partem, in ver. cum autẽ. ¶ No. verba dispositiua referen-
da ad procuratorẽ, executiua ad dominum. de hoc de elec. querelã.
38 no. regulam in fi. ¶ † No. qd illud non dicitur probatũ, qd est pro-
39 batum, et postea multipliciter impugnatũ. ¶ † Oppo. qd probet
dominium pro locatione: qr locator nõ potest referre ad questionẽ
dominij. C. locati. si quis conductionis. Glos. dicit hoc verũ, vt nõ
referatur questio dominij, si agit pignoratitia, vel cõmodati, vel
locati: sed si agitur reali, secus: qr tũc proponitur quasi cõtra quẽ-
libet possessorẽ. et sunt hec verba. C. locati. ad probationem. Item
quia cõductor rem conductã locare potest. ff. locati. l. qui insulam.
C. e. nemo. Di:, si de locatione est dubium, potest opponi exceptio
dominij. l. litibus. C. de agri. et censi. Si de locatiõe cõstat, et agitur
cõdictione ex. l. si coloni. et nõ obstat exceptio dominij. Aut agitur
ex cõtractu, et ob. exceptio de dominio proprio: de dominio alieno
nõ obstat exceptio, vt hic, nisi ille agat, et assistat: vt patet. ff. depos.
40 l. bona fides. fm Bar. in. l. si quis cõductionis. † Si agitur reali,
id est, rei vẽdicatione dic vt in gl. Idẽ dicit Inn. per hoc si. gl. vi-
det qd scholaris recedẽs possit in domo vel camera aliũ ponere lo
co sui: et an possit inuitis socijs, vide in Spe. de iudi. §. ij. versi. cir-
ca hoc. et no. Insti. locati. tenet ibi qd inuito alio socio nõ possit. qr
qui societatẽ cõtrahit, certam personam eligit. Insti. pro socio. §.
soluitur. ff. de verbo. obli. l. si quis arbitratu. ff. pro socio. l. actione.
§. mortis. ff. eo. qui admittitur. et. l. nam. et. l. quicquid. et. l. de illo. nisi
aliud in contractu actum sit. viij. q. ij. illud. et. c. seq. Et nõ mireris:
qr vtilis actio pro socio datur inter plures in eodẽ cenaculo habi
tãtes: qr quasi socij videntur: ideo inter eos potest intentari, et ada-
ptari lex loquens de socijs. ff. de his, qui deiece. vel effu. l. perceptio
ne. per quam legem. Azo determinat questionem inter socios con
tingentem, quando vnus non vult cõmunicare qd debet, vel face-
re duodenaz. Imo plus dicit qd si scholaris in eadẽ domo vel ca-
mera turbat aliũ, vt studere non possit, quia forte perstrepit alijs,
vel forte etiam sibi, et sic alta voce, vt quidã faciunt, qd alius stude
re non potest, compelli potest per actionẽ vtilem pro socio vt dicti
stat: quia hec actio est bone fidei. In ea ergo veniũt, de quibus nõ
est actũ, nec cogitatuz: dummodo bona fides contractus hoc im-
petret. de cau. pos. cum etiam. de excep. cuz venerabilis. Licet qui-
dam dicant quod ageret ex conducto contra dominum locantem.
Ponit Spec. in loco preallega. versi. hoc etiam not.

1 ☞ Rescriptum super voti absolutione obtentum non valet.
2 Rescriptum continens aliquid non verisimile, suspectum est de
falsitate.
3 Dispensatio debet attendere vtilitatem finis rei, super qua pe-
titur.
4 Rescripto sigillato sigillo ignoto an credatur.
5 Sigilla ignota, vt faciant fidem, quomodo possunt fieri nota.
6 Dispensare quomodo potest solus papa super voto Hierosoly-
mitano.

1 Quod super his. ¶ † Nõ valent li-
tere, quas sup ab-
solutiõe voti cruce signatus obtinuit per veritatẽ
tacitã, vel falsitatẽ expressam. Communis diuisio.
2 Secunda ibi: ad quod. ¶ † No. j. qd vbi litera cõti
net aliquid non verisimile, est suspecta de falsitate.
3 ¶ † No. ij. qd in absolutione voti absoluẽs debet attẽdere vtilitatẽ
finis voti

finis voti, ⁊ salutem anime vouentis. ¶ Not. duplicem modū sur-
4 ripiendi. ¶ † Not. quod sigillis ignotis cardinalium nō creditur.
¶ Nota quod eo qd litera emanat de curia, emanasse nō censetur,
vt quidā dicunt, a cōtrario: quia si cōstat literas nō surreptitias,
creditur literis cardinalium, ⁊ sigillis etiam ignotis. ¶ Oppon.
quod sigillis ignotis nō credatur. de cleri. peregri. c. j. Solu. Ibi,
nō solum sigilla erāt ignota, sed etiam episcopatus ipsi, quorū no-
mine fuerat sigillatum. Vel qd ibi maius periculū vertitur, quā
hic, sm Inno. ⁊ Abb. xlij. distinc. his, que sunt leuis preiudicij cre
ditur. vt hic, dum tamen cesset surreptio, ⁊ qd attestatur sit veri-
simile: si sunt cognita, ⁊ attestatur etiā verbo de potestate sua. xvij.
distinc. nobilissimus. not. glo. in d. c. cū olim. dummodo sit notus:
vt not. de re iudi. ad apostolicam. libro. vj. Quod est verum quo
ad illam, que in potestate trāsfunduntur, de iure speciali nō cre-
ditur verbo: vt no. Joā. And. de offi. deleg. c. j. lib. vj. in Nouel. su-
per glos. tria genera. ⁊ de senten. excō. ad eminentiam. ⁊ in Spe. de
lega. §. superest. versi. quid si de legati iurisdictione. ibi dicit tamē
qd de facto raro reuocatur in dubium, de cuius potestate, ⁊ raro
literas ostendit. Cautum est tamen qd in his, que gerit de specia-
li potestate, is, cum quo geritur, habeat copiam legationis copia-
tam in actu gesto: ergo super gesto coram se, de rigore iuris nō cre
ditur ei: vt no. Joā. And. de appel. cōstitutus. ij. in verbo, cardina
lis. De rigore dixi. ⁊ Archi. viij. q. iij. c. talia. ⁊ lxxvij. dist. nobilissi
mus. quia ei nō creditur: vt no. in Spe. de teste. §. j. ver. quid si ad-
uocatus. ⁊ quando simplici verbo attestatur, quādo scripto credi
tur, vt in simplici iudici. de probat. post cessionē. Si attestatur de
gestis coram alijs, vt ab alijs, nō creditur inquantū tāgunt preiu
dicium tertij: vt no. glo. de sentē. excō. sicut. Quod puto inquantū
attestatur verbo: inquantū scripto creditur prout dixi alias in li-
teris credendū simplici prelato. de proba. post cessionē. nisi qd di
gnius est eius testimonium propter dignitatē. de testi. in nostra.
Et ex hoc puto qd si de gestis a papa aliquid attestetur cardina-
lis, nō creditur ei inquantū sint preiudicialia tertio, maxime de ge
stis in curia nō creditur absq; literis pape: vt no. Arch. in. j. cōsti.
vj. in verbo, trāsimus. de quo ibi p gl. in verbo, bulla. Et si literis
attestaretur aliquid a papa sibi cōmissum viue vocis oraculo, si li-
teris asserit, credendū vt alteri prelato scribēti, vt dixi. An creda
tur literis penitētiarij: dic vt in cle. ne Romani. ¶ Quero in quo
potuerūt tacere veritatē, ⁊ exprimere falsitatē. Dic forte tacuerūt
illa, per que erāt vtiles terre sancte, vt quia erant diuites, vel cōsi-
lio strenui, licet inhabiles ad pugnam, sm Inno. ⁊ Pet. Vel dixe
runt se debiles, cū sint fortes. de rescriptis. super literis, secundum
5 Inn. ¶ † Opp. cum glo, qd credatur sigillis ignotis. xviij. distin.
c. j. Sol. Creditur, si sunt nota, nō creditur nisi sint quinq;. ⁊ dicit gl.
notis credi, etiā in preiudiciū alterius. Aduerte, hoc puto quādo
est leue preiudiciū, ⁊ attestatur scripto. Secus si verbo: quia nullate-
nus creditur: vt no. gl. de sent. excō. sicut. Sed si sit dubiū per par-
tem de sigillo, an sit notū, ex quo reputatur notū: vt. d. c. iij. posset
tamē collatio fieri cū alijs sigillis ipsius, si habeantur, sicut fit col-
latio literarū. S. .c. pro gl. C. eo. comparationes. secundum Hostien.
6 ¶ † Quero cum gl. ij. de quo voto loquitur decre. Glo. dicit qd de
voto peregrinationis. Vin. hoc restringit ad votum peregrina-
tionis Hierosolymitane, in quo dispēsat solus papa, vel absoluit.
necesse. C. quomodo ⁊ qñ iudex. l. si vt proponis. ⁊. l. si expressim. de
appel. ⁊ dixi plene de appel. dilecto. Puto tamen quod si in totuꝫ
retractaret, vbi equitas naturalis dictaret alterū in modico leden
dum, quod ex hoc non retractaretur quod egit: quia potest, si vult
sequi ius, ⁊ arbitrium a iure informare, sicut potest ⁊ arbitrator, li
cet non arctetur. Ad hoc glo. in clemēti. fina. de verbo. significa. in
glos. fina. Sed quia dixi supra laudum contra formam latum nul-
lum, est dubitatio, si compromissum est in arbitrum, vt pronuntiet
de iure: vel arbitratorem, ⁊ pronuntiet cōtra ius partis, an valeat
laudum. Barto. dicit quod videtur nullum propter formam com
promissi: ⁊ dicit cogitandum. Aliqui dicunt quod ipse hoc decidit
in. l. qualem. ff. de arbi. non inueni decisum. Multi habent compu
tum: quia quedam apostille, que fuerūt domini Angeli, sunt pro-
ducte in originali post petias Arnoldi. Frā. de Are. in. l. si quis ar
bitratu. tenet quod valebit laudum: quia exprimitur quod inest: ⁊
sic non dat formam: vt. l. ij. de leg. primo. ⁊ sic habetur pro dicto, li-
cet nō exprimatur: ⁊ videtur voluisse quod per illa iudicet vt arbi-
ter, ⁊ nō vt arbitrator. Item quia non valeret compromissum, nisi
in arbitro remaneret facultas valide eligendi quod vellet. ff. de ar
bitris. l. qualem. ⁊ sic non posset eligere inter absolutoriam, ⁊ con-
demnatoriam: ⁊ sic non est verisimile partes elegisse viam, per quā
impugnent quod agunt. ff. de testamen. milita. l. iij. Ad hoc, qꝛ con
ditiones iuris nō faciūt cōditionales dispositiōes, sed monitionē
inducunt. l. hec verba. de lega. j. de verbo. obli. si decē cum petiero.

no.de presumptio.c.fina.& in clemen.j.de offi.deleg.l.muto.§.si sub
conditione.ff.de tutel.secundum Fran.de Are.Pro hac parte de
cidit Inn.in fi.de offi.dele.prudentiã.in gl.magna.in versi.&,si con
trarium diceretur.vbi dicit valere snlam,Si Titius probauerit
cõdemnes in decẽ:si condemnat,lz nõ probauerit sibi deberi.x.qz
exprimitur debitum iustitie,& sic nõ dat formam.Idem sentiũt do
cto.de rescri.ex insinuatiõe.in arbitro.Hoc puto.quia arbiter de
bet,licet nõ arctetur ad sequẽdum ius:bene hec expressio exprimit
qd inest:& maxime secundum ius canonicum,sm quod habet re
duci laudum,si non sequatur ius vt no.de arbi.c.ij.& sic exprimit
quasi qd inest ex necessitate:& qz aliter intellecta expressio vitiaret,
sz in arbitratore expressio alterat:qz primo poterat informare ar
bitrum vt bonus vir,& ab equitate naturali,nunc habebit ex iure
informare:& sic exprimitur aliter,q̃ insistit:& sic si aliter,q̃ velit,ius
pronũtiet,vr qd laudum & arbitramentum sit nullum.Non obstat
si dicatur compromissum vt pronunciet de iure,intelligitur scdm
naturam subiecte materie,vt pronũtiet de iure,scilicet naturali:&
econuerso,secundum naturalem equitatem:arg.s.eo.ad nostram.
quia verba,que precedũt,vt procedat de facto:dant intellectum se
quentibus,vt intelligant de iure positiuo.Itẽ illa verba nihil ope
rant.Nõ obstat qd ordo iuris expressus in forma hominis dat for
mam:vt de rescri.cũ dilecta.de offi.dele.venerabili.qz dat formam,
qñ ordo nõ est necessitatis,vt ibi:ideo in arbitratore dat formam.
Secus quando est necessitatis,vt in arbitro,& iudice:quia saltem
quo ad debitum est ordo necessitatis.Sed est dubium an poterit
tunc sententiare secundum statuta contra ius commune.Hni.de
Suza.in.q.statutorum dicit iudicatum fuisse quod non poterit
pronuntiare secundum statuta iuri contraria,quasi illa verba in
telligantur de iure communi.Allegat aut.presides.C.de epi.audi.
&.l.rem non nouam.C.de iudic.quia iuris nominatio simpliciter
intelligitur de iure Romano.Institu.de iure natu.gen.& ci.§.ij.
Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de arbi.§.sequitur.versic.item
quod tulit.dicit quod in processu poterit seruare statuta,nisi sit di
ctum quod pronuntiet,& procedat secundum ius:qd dicit esse peri
culosum,sm Io.An.Ad hoc tex.de eo,q mit.in pos.cũ venissent.
ibi:secundũ ius,& bonã terre cõsuetudinẽ.Qui poterit induci pro
& contra.Puto qd poterit sm statuta iudicare,que dant formam
cause in iudiciũ deducte nõ repugnante iure:qz sm ius est qd pro
nuntietur secundum statuta loci cõtra ius.ff.de enict.l.si fundũ.C.
de eman.lib.l.i.&.ij.ff.de vsucap.l.j.& no.super rubrica.de cõsuetudi
ne.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& Io.Cal.ante in q̃stione,que
incipit,statuta.ad hoc.s.e.ad nostrã.vbi iuramẽtũ de seruãdo or
dine iuris,intelligitur secundum ius,quod adstringit,& dat for
50 mam,secundum diuersitatem qualitatis cause.†Circa arbitrato
rem restat querere de aliquibus questionibus.Primo an compro
missum in arbitratorem banno arbitratoris expiret.Dic q̃ non,
per.l.cum pater.§.hereditatis.de lega.iij.vbi dicit q̃ arbitrator
51 remanet deportatus:quia potest voluntatem exprimere.¶†Que
ro an furiosus habens dilucida internalla possit esse arbitrator.
Dic quod sic,si compromissum suscipiat tempore,quo est sanus,et
iudicet tempore,quo habet sanum intellectum.ad hoc glo.in.l.cũ
52 furiosum.ff.de iudi.¶†Quero an filiusfa.inuito patre possit esse
53 arbitrator.Dic quod sic:vt.l.iij.§.sed filius.ff.de pecul.¶†Que
ro an presbyter possit esse arbitrator.Dic quod sic,quia non repe
ritur prohibitum.Vide per Cyn.in.l.preses.C.de transactio.ad
hoc de prebend.nisi.

1 ☞ Coniuges se abiurare non possunt.
2 Iuramentum ordinatum ad separationem actus coniugij absq̃ causa honesta non est obligatorium.8.
3 Iuramentum,inquantum est possibile,ad coniugium separandũ reduci debet ad separationem licitam.
4 Matrimonium potest ratione continentie separari.9.
5 Iuramentũ aptum in se includere continentiã inter coniuges,vbi non sunt apti ad obseruandum,est ab ecclesia relaxandum.
6 Iuramentum interpretatur secundum mentem iurantis.
7 Iuramentum sui apparentia illicitum,non trahitur ad casum licitum,a mente alienum.
10 Iuramentum,per quod coniuges promittunt inter se nunq̃ di uertere,an sit obligatorium.

1 TUa nos.¶†Coniuges se abiurare nõ pos
sunt.Communis diuisio.Secunda
2 ibi:nos igitur.¶†Nota quod iuramentum ordinatũ
ad separationem actus coniugij,absq̃ causa honesta,
3 non est obligatorium,nec seruandum.¶†Nota secundo q̃ inquã
tum est possibile,iuramentum ad separandum coniugium ordina
tum,reduci debet,& potest ad separationem licitam,& honestam: si
non potest,iuramentum vt temerarium non est seruandum.Et est
argu.q̃ iuramentum habeat in se hanc clausulam,si non valet qd
4 ago vt ago.valeat vt potest.¶†Nota hic apertum textum q̃ con
iuges possunt ratione solius continentie ab inuicem manere sepa
rati,etiam dato q̃ continentiam nõ voueant,dummodo seruent:
inquantum autem non seruent,compelluntur ad inuicem redire.
5 ¶†Nota q̃ contra iuramentum aptum in se includere continen
tiam inter coniuges,vbi non sunt apti ad seruandum,est ab eccle
sia relaxandum.& dimittendũ:imo compellendi sunt coniuges ad
6 inuicem adherere.¶†Oppo.q̃ iuramentum hic sit seruandum,
ex quo potest trahi ad casum licitum,scz vt remaneant separati ra
tione continentie.Sol.Dicit Vinc.quod hic hi expresse nõ iurane
runt propter continentiam,nec tacite hoc animo gesserunt vt con
tinerent,ideo continere non compelluntur:non enim potest conti
nentia imperari,que non est tacite,vel expresse promissa.xxxiij.q.
7 j.integritas.xxviij.di.de his.†Et sic patet qd dixi notando quod
iuramentum in sui apparentia illicitum non trahitur ad casum li
citum a mente alienum:de qua mente standum est dicto iurantis
8 saltem in foro penitẽtiali,vel quasi.¶†Glos.prima querit quare
iuramentum hoc non seruetur?Respondent,qz fuit illicitum,& te
merariũ.ppter que dicunt quidã imponi penitentiã tanq̃ p teme
rario iuramento,& p veniali.Alij dicũt ipsam ad annũ determina
tam.Inn.dicit imponendã pniam tanq̃ p mortali,per.c.qd alle
9 gat glo.in fi.¶†C.ppo.q̃ stare non possunt in cõtinentia,nisi re
ligionem ingrediatur vterq̃.de conuer.coniu.ad apostolicã.So.
Quidã dicunt eos induci debere ad continentiam,sed non in secu
lo,imo vt religionem ingrediant.Contrariũ determinat glos.qñ
vterq̃ vult stare in seculo.Secus si alter vellet ingredi religionẽ:
qz nõ possunt continentiã seruare,alter remanendo in seculo,nisi
religionem ingrediat,vt ibi.Propter que dicit hic Innoc.& per.c.
qd Deo q̃ si vterq̃ iurasset hoc animo vt cõtinentiam seruaret,
nõ possent se vlterius repetere.de quo.j.de conuer cõing.dudum.
& de cõiug.leproso.c.j.super.iiij.glo.Ratio aũt quare extra mona
steriũ possunt ambo castitatẽ vouere,& nõ vno intrante,altero ex
tra remanẽte:qz si posset alter profiteri,altero in seculo remanẽte,
posset hoc absurdum sequi,qz iuuene nõ cõtinẽte,vel pfessus edu
ceretur de monasterio,vel alter semper viueret in adulterio.De
hoc de conuer.coniu.ex parte.j.&.c.placet.Vbi vero ambo sunt in
seculo,nullum absurdum sequitur,si altero non seruante,alter ad
10 heri cogatur adherere:vt hic.¶†Querit glo.quid si iurant cõiu
ges q̃ nunq̃ diuertent ab inuicem,an seruari debeat iuramentũ?
Videtur q̃ non:sicut nec penalis obligatio ad nõ dissoluendum,
cum libera debeant esse matrimonia a penis in contrahendo,& dis
soluendo.Ioan.non declarat.Dicit Ber.q̃ si velint intrare reli
gionem,q̃ possint:qz non dicitur infringere iuramentum,qui in
melius illud commutat:& qz illud benigne,&c.Idem dicit Io.an.
si iusta subesset causa,puta consanguinitas,vel aliud perpetuum
impedimentum,non obstante iuramẽto alter posset petere diuor
tium,cum excepta ab ea censeatur legitima causa:qz nec cõtra ius
intelligitur iurasse.s.c.proxi.&.c.ad nostram.An absq̃ authorita
te superioris posset diuertere.Glo.dicit q̃ sic.Idem Hostie.tan
git,& Gofr.contrarium qd potest procedere,quando esset dubium
an ad lasciuiam,vel continentiam se abiurassent,sm Io.An.

1 ☞ Matrimonium potest propter fornicationem dissolui.9.
2 Matrimonium quibus verbis contrahatur.
3 Contrahens scienter cum aliquo,illius conditionem approbare videtur.
4 Iuramentum habet licitam conditionem,vt conuenta ab vtraq̃ parte seruentur.
5 Contrahẽda fortius impediũt ea,que dirimunt iam contractum.
6 Argui licet a dictis poetarum,& prouerbijs.
7 Periuriũ quis nõ incurrit ex contrauentione corticis iuramenti.
8 Matrimonium non soluit notabilis deformitas superueniens.
19 Iuramentum quas conditiones in se recipiat.
10 Pater si iurauerit filiam dare in vxorem Caio,an obligetur.
11 Iuramentũ an ex vi conditionis subintellecte dicat conditionale.
12 Sponsus an possit sponsam accusare de adulterio.
13 Iuramentum interpretatur,si res in eodem statu permanserit.
Sponsalia iurata an dissoluantur ob notabilem deformitatem superuenientem.
14 Sponsalia iurata an dissoluantur ob facultatum lapsum,
15 Sponsam violenter raptam an cogar inuitus accipere.
16 Sponsam deformem factam an compellar recipere.
17 Dictio,quamuis,quando stet causatiue.

1 QUemadmodum.†Is,qui iurauit
cũ muliere cõtra,
ppter superuenientem fornicationem eam repellere po
test,propter precedentem vero nõ.Et si vir iurauit nõ
accusare vxorem,temerarium est iuramentum,ideo non seruan
dũ.Sed si specialiter de adulterio iurauit,denuntiare poterit,sed
non accusare

non accusare.h.d.Sunt tres partes. Secunda ibi: illud autem.
Tertia ibi:quod si.Prima subdiuiditur,quia primo inducit simi
le solutioni faciende.Secunda soluit ibi:ita si quis.Tertia probat
solutionē per euitationem absurditatis,& per rationem ibi: alio-
quin.Quarta respōdet ad oppositionem iuramēti ibi:non obstan
te qđ responsum probat per euitationē absurditatis ibi:qđ si post
Secundam non subdiuido.Tertia subdiuiditur:qꝛ primo casum
ponit.Secundo allegat pro negatiua,ibi:cum scriptura. Tertio
pro affirmatiua,ibi:sed nunquid.Quarta soluit,ibi:tutius. Colli
2 go notabilia:& expediam tex.& glos. vsqꝫ ad versi.illud. ¶ †Nota
primo arg.ꝙ per hec verba,Promitto te semper habere pro legi-
tima vxore:contrahitur matrimonium.Vide de sponsa.c.ex par-
3 te.¶ †Nota secundo ꝙ scienter cōtrahens cū aliquo illius condi-
tionem pro tunc subsistentem approbare videt̄:vñ perdit ius op-
ponendi cōtra eam.& sic de precedente vitio, aut inhabilitate op-
ponere non potest,cuius approbatio ab eius pendet potestate:nō
autem approbare vr̄ respectu superuenientis:ideo de illo oppone
re potest.Ad hoc.C.de spon.l.fi.ideo contrahēs cū suspecto de fu-
ga,qꝛ pauper,nō pōt rōne paupertatis pcedentis ꝯtrā opponere
suspicionem,vel paupertatem:sed sic de subsequenti,quia illi non
4 potuit puidere.¶ †Nota ꝙ in quolibet iuramēto super stabilita
te,aut implemēto cōtractus inest cōditio resoluēs iuramētum,vt
seruare teneat̄,nisi ab alia parte nō seruet̄,vel fiat ꝯ legem contra-
ctus,& sic res in eodē statu permanserit:& sic iuramentū sup ꝯtrā
recepit oēs ꝯditiones,& limitatiōes iuris circa ꝯtrū,vt iuramētū
per oīa reguletur scđm qđ a iure regulat᷑ est cōtractus. ¶ Nota ꝙ
sponse qs nō pōt opponere,vel ꝯiugi fornicationē subsequētē cō-
5 tractū.¶ Nota licitū arguere per locum ab absurdo.¶ †Nota ꝙ
ea,que dirimūt iam ꝯtrū,fortius impediūt ꝯhēdū.Et nota ꝙ faci
li᷑ impedit̄ ꝯhēdū,ꝙ dirimat̄ iā cōtractū.Ad hoc.l.pñe furioso.de
6 his,q sunt sui,vel ali.iure.¶ †Nota licitū arguere a dictis poeta-
7 rū,& pūerbijs.¶ †Nota ꝙ ex ꝯūctiōe corticis iuramēti,cui᷑ iple-
mētū,& nō iplemētū pōt esse sine pctō,pp̄ter ꝯditiōes subintelle-
8 ctas,qs nō incurrit piuriū.¶ †Nota ꝙ notabilis deformitas sup
ueniēs in ꝯiugē,vel spōsam post mr̄imoniū,vel spōsalia,nō soluit
matrimoniū,sed bñ dat liciam discedendi a spōsalib᷑ de futuro:&
sic facilior cā impedit cōtrahēdū,ꝙ dirimat ꝯtrū. Inducit̄ in ar-
gumentū ꝙ prelatus non posset repelli pretextu criminis precedē
tis,sed bñ respectu subsequentis.Ad hoc de purga.ca.c.fi.& dic vt
9 no.de testi.cogē.preterea.¶ †Quero an saltē p fornicatione prete
10 rita possit accusare.Gl.dicit ꝙ nō.ff.de adul.l.si vxor.†Glossa enu
merat multas conditiones,que in contractibus, pmissionib᷑,pa-
ctis.& iuramentis subintelligit̄.Inquantum dicit ꝙ subintelligi-
tur conditio,si plꝫ pape,dic hoc verum in materia ad eum spectā-
te,& inquantum illa conditione velit vti,vt digi.s.e.quanto.& de re
scrip.cōstitutus.De hac materia in.c.beatus.& in cap.vltimo hic
alleg.& per Host.in Summa,eo.ti.§.quot sunt species.Dicit Jo.
an.ꝙ & alie conditiones subintelligūtur,scꝫ hec,qꝛ si iuro tibi red-
dere,intelligit̄,nisi iudex interdicat.de cēsi.significauit.ff.qui satis-
da.cogā.l.fi.vel ius cōmune:qꝛ excommunicatus es.de quo.s.eod.
debitores.Item pater iurat dare alicui filiam in vxorem:intelligit̄
promisisse se facturum,& curaturum.de quo.j.de spon.ex literis.ij.
Item subauditur,saluo iure alterius.s.eo.veniens.Item subau-
ditur qđ habeo.s.eo.petitio.Item nisi ab eo,cui iuraui,absoluar.
s.e.Quintauallis.qđ intelligit̄ etiam in iuramento sponsaliorum.
j.de spon.preterea.Item intelligitur,nisi aliud turpe acciderit, vt
hic,vel per alterum.De hoc de spon.ex literis.&.c.sicut.scđm Ho-
sti.inquantū gl.dicit iuramentū habere conditionē,si res in eodē
statu remāserit:& subaudiri.Per hoc dicit Jo.an.ꝙ si iuraui pla-
to,nō adstringerer eo deposito.Ad hoc de elec.venerabilē.in fi.xv.
11 q.vi.autoritatē.cū sequentibus,& precedentibus cap.¶ †Querit
gl.an ex viribus istarū conditionum subintellectarū dicatur iura
mentū conditionale.Gl.dicit ꝙ non.ff.de condi.& demon.l.condi-
tiones.Glo.colligit tria:arg.est clarum.in fine ponit vnum exem-
plum de deposito,quod repeto,& tamen non compenso. Dicit ta-
men Jo.an.ꝙ licet sic sentiant doc.videtur tamen quod cōpensa-
tio possit admitti de consensu deponentis,cū in suum fauorē hoc
12 sit inductum.C.de legi.quod fauore.eū fi.¶ †Querit an possit spō
sus sponsam accusare de adulterio?Gl.dicit quod sic,quasi matri
moniū iam sit initiatum.C.de adult.propter.nisi in casu.ff.de adul
te.l.mulier.§.querebatur.quia ei iniuria facta est.ff.de iniuri.item
apud.§.sponsam.qꝛ neqꝫ matrimonium,neqꝫ speciem matrimonij
13 violare pmissum est.ff.de adult.l.si vxor.§.diuus. ¶ †Opp. quod
iuramētum qꝫ potest seruari sine interitu salutis eterne seruetur,
& sic iuramentū de ducēda vxore licet habeat nasum rosum:&c.j.e.
cū contingat.So.Dicit gl.quod non seruatur:quia honestas in-
telligitur in hoc iuramento,si res in eodem statu permanserit. Id
eñi tacite agit̄,quasi dicat,iuramentū inquantū ex mēte iurantis
includit seruandū est,si potest seruari sine interitu salutis eterne:
inquantum autem se non extendit ex mente,non ligat . Intelligi-
tur autē non se extendere ad casus,qui si principaliter adessent, ve
risimiliter non iurasset.Vñ omnes casus a iuramento sunt exce-
pti,qui,si secundū tempus affuissent,quo iuratur,verisimiliter nō
contigisset qđ cōtigit,vt sic iuraret qđ iurauit:nam oēs casus nō
possunt cōsiderari.Si aūt iuramentū nō sit seruabile sine interitu
salutis eterne,vel sit ꝯ bonos mores,vel contra leges , iuramentū
non est seruādū.Dicit hoc Host.verū,vbi iurm̄ reprobat̄ a cano-
ne:sicut de fo.cōpe.si diligenti.&.c.sicut.Simpliciter eñi non statur
legi ciuili:qꝛ nec de suo foro est iurm̄.de iudi.nouit.de elec.venera-
bilē.ad finem.in aut̄.vt cle.apud pro.epi . §.si vero ecclesiasticum.
col.vi.Quod nota:qꝛ secundum hoc non valent statuta inquantū
reprobant iuramenta prestita,& vbi alias valeret iuramentum.de
14 quo dicam.j.e.cum cōtingat.¶ †Querit glo.an si mulier labitur
facultatibus,possit quis licite desistere a sponsalib᷑.Gl.dicit quod
non.Hoc intelligit Jo.an.verū,nisi certa res,vel quantitas sit p-
15 missa.j.de condi.appo.de illis.¶ †Querit gl.an si sponsa est vio-
lenter cognita,illam cōpellar inuitus recipere.Gloss.dicit qđ non.
xxvij.q.ij.raptor.& ca.sequē.xxxij.q.v.fuge.de hoc in illo.c. raptor.
nam vt dicit Jo.an.nō compellor inuitus contrahere bigamiam.
16 ¶ †Querit gl.an sponsaꝫ deformē factā recipere tenear.Gl.dicit
ꝙ nō.de cōiug.leproso.c.fi.sponsam vero de presenti ducere tenet̄:
qꝛ non reperit̄ casus,nisi vnus,in quo possit dissolui.de cōuersi.cō
iu.c.ex publico.Alium casum habes de diuor.gaudemus.&.c.quā-
17 to.¶ †Nota de dictione,quamuis,in seq.gl.qꝛ stat causatiue,quan
do materia non patitur vt aduersetur.qꝛ est consecutiua.

1 ☞Iuramentum vniuersale de non accusando vxorem de adulte-
rio est temerarium.
2 Non accusare iurans non impeditur denuntiare.
3 Adulterium potest remitti ab altero coniugum.
4 Denuntiationis Euangelice qualis sit finis.
5 Dolus futurus,vel delictum,remitti non potest.
6 Iurans non cohabitare cum vxore,an cogatur iuramentum ser-
uare.
7 Vxor denuntiata negligens correctionem non potest a marito
deseri.

1 Illud. †Nota,ꝙ iuramētū vniuersale de nō accusando mu
lierē ad separationē,est temerariū,inquātū excludit
2 facultatē accusandi,pp̄ter trahere ad infidelitatē.¶ †Nota ꝙ iu-
ramentū de nō accusando,excludit iuramētū, inquātū accusando
insequitur priuatā vtilitatē,& cōmodū:inquantū aūt insequit̄ finē
correctionis,denūtiādo nō excludit:qꝛ hoc respectu induceret ad
3 peccandū:qꝛ facilitas venie incentiuū inducit peccādi.¶ †Not.vi
rū posse remittere cōiugi delictū adulterij quo ad penas fori cōtē-
tiosi,sed non quo ad correctiones fori pnīalis,vel quasi , aut scđm
4 Euāgelicā veritatē.¶ †Nota finē denūtiationis Euāgelice.qꝛ ei᷑
est finis sola correctio,& penitētia peccati:& sic pbato adulterio p
denūtiationē,vxor aliter nō punit̄,nisi qꝛ cogit̄ penitere.Ex quo
notat Pe.qđ dicit alibi meli᷑ nō pbari,ꝙ pbato erit alicui᷑ per
denuntiationē,prelatus nō priuabit,nec suspendet eū ab officio,sꝫ
solū penitere coget,nisi in casibus.de homi.c.inquisitionis. in fin.
5 ¶ †Opp.ꝙ pactū nō excludit facultatē accusandi de futuro deli-
cto:qꝛ non valet pactū de dolo futuro,vel delicto remittendo . l.si
vn᷑.§.illud.ff.de pactis.& qꝛ est ꝯ publicā vtilitatē:& qꝛ per tale in-
uitatur ad peccandū.Gl.format ꝯriū.in hoc casu,& in gl.in verbo,
crimine.Soluit ꝙ de crimine iam commisso,& in specie,& in genere
pōt quis pacisci:de crimine aūt cōmittendo nō pōt pacisci,vt tol
lat facultatē accusandi respectu vtilitatis publice:lꝫ tutius sit ꝙ
desistat,vt dicit lr̄a.Per hoc cōcludēs ꝙ accusare pōt. Facultatē
aūt accusandi ad separationē,inquantū intendit̄ vtilitas priuata
& cōmodū,iuramētū & in specie,& in genere obligat,vt hic. Inquā
tū autē accusat,vel denuntiat in finem corrigendi peccatū,& in fi-
nē anime,iuramentū hoc excludens non obligat:ideo potest denū
tiare adulterium cōmissum:per quā denuntiationem precipiet iu-
dex marito,ꝙ nō cohabitet vxori adultere:qꝛ nō iurauit cohabita
6 re,sed nō accusare.†Si autē vxori nō penitēti cohabitare iurasset,
nō esset iuramentū seruādū.xxxij.q.j.c.i.si nec p preces,nec p moni
tionē vellet mulier cessare ab ei᷑ cohabitatiōe,nec p iudicē posset
induci ad penitētiā.Dicit Inn.ꝙ eo casu posset accusari,nō obstā
7 te iuramento.Sꝫ de hoc dicā cum gl.fi.¶ †Querit gl.quid si mu-
lier denūtiata,& monita nollet corrigi,nec curaret excōicationem?
Dicit gl.ꝙ iā esset cōtumeliosa creatori:& sm̄ Jo.an.pōt eā desere
re.Tan.dicit ꝙ nō dꝫ eam deserere,lꝫ se nō corrigat,etiā si vite ei᷑
insidiet̄.xxxij.q.v.quicqd mulier.sed dꝫ eam tenere in vinculis,et
castigare:cū hoc ei sit pmissum.xxxiii.q.ij.placuit.&.qđ.v.hec ima-
go.cū si.Nō obst.C.de repu.ex ꝯsensu.vbi dicit ꝙ vir nō dꝫ afficere
vxorē verberib᷑,que debēt esse aliena ab ingenuis:qꝛ illud veruꝫ,
nisi fiat ex magna cā:vel nisi sint leuia.ff.ad legē.Aql.l. pceptoris.
de homici.ad audientiam.qꝛ plectendo,&c.xxiij.qđ.j.prodest. alias

punitur vir sine causa, vel enormiter hec faciēs. C. de repu. auth. hē. sed nouo iure. secundum Gofred. ⁊ Hostien. Sed si specifice iurauit non denuntiare, forsan aget amico, qui denuntiet. s. quod metus causa. ad audientiam. Dicit Hosti. quod si principaliter compatiantur anime periclitanti secure denuntiare potest: si principaliter mouetur ratione rei familiaris, vel pro suo priuato interesse, ⁊ tunc debet abstinere. Ad quod id, quod. s. no. adducit illud Augustini super Mattheum. Si peccauerit, ⁊c. Si amore tu non facis, nil facis: si amore illius facis, optime facis. Ad hoc. viij. q. j. sciendum. secundum Hostien.

1 ☞ Iurare possunt monachi, ⁊ conuersi pro testimonio ferendo in causa monasterij sui.
2 Iuramentum instante necessitate non debet prestari.
3 Assertiones, ⁊ responsiones debent esse simplices absq; prestatione iuramenti instante necessitate.
4 Verba geminata, ⁊ duplicata, censentur cum maiori deliberatione prolata.
5 Iurare in se non est malum, sed procedit a malo pene, non culpe.
6 Ignorantia, ⁊ incredulitas quandoq; procedit a pena peccati originalis.
7 Peccatum an sit pena.
8 Fundamento quandoq; creditur.
9 Negationes due non semper affirmant. 17.
10 Malum duplex est.
11 Iuramentum in quo sit a Deo prohibitum.
12 Idololatrie speciem qui incurrunt.
13 Honor principi non debetur, qualis solet Deo prestari.
14 Creatura triplex est.
15 Deus quare sit solus honorandus.
16 Iuramentum illicitum in modo iurandi est obligatorium.
18 Iurare quando liceat per creaturas.
19 Dictio omnino, exponitur nullo modo: ⁊ an sit vniuersalis.

1 **Et si Christus.** ¶ † Monachi, ⁊ conuersi iurare possunt p testimonio ferendo in causa monasterij sui. Diuiditur in quinq;. In prima respondet authoritati Euangelice, qua videbatur prohibitum iuramentum. Secunda ibi: Iacobus. respondet authoritati Apostoli. Tertia: Angelus. probat multis authoritatibus veteris, ⁊ noui testamenti, quod licitum est iurare. Quarta ibi: quedam. dicit quare simpliciter prohibetur iuramentum. Quinta ibi: licet. dat potentibus licentiam iurandi.
2 expediam per partes vsq; ad versic. Iacobus. ¶ † Nota primo ꝙ
3 non instante necessitate iuramentum non debet prestari: † ⁊ assertiones, ⁊ negationes debent esse simplices, absq; confirmatione iu-
4 ramenti. ¶ † Nota secundo quod sermo duplicatus censetur cum maiori deliberatione prolatus. C. ad Velle. similiter. ij. q. iij. si quis
5 iratus. j. eod. cum contingat. ¶ † Nota tertio quod iurare in se nō est malum, sed procedit a malo: ⁊ potest procedere a malo pene: nō
6 culpe. i. ab incredulitate: † quia ignorantia, ⁊ incredulitas procedit quandoq; a pena originalis peccati. xv. q. j. in princip. ⁊ per to-
7 tum. † Nunquid autem peccatum sit pena, no. xv. q. i. §. vsque adeo.
8 quod alias est cap. ¶ † Nota quod illud dicitur vix fieri, quod tamen fit. nam quandoq; creditur fundamento. de testi. tuis. ad hoc.
9 ff. de iudic. vix certis. de cogna. spiritua. c. ij. lib. vj. ¶ † Nota quod due negationes non faciunt vnam affirmationem, quando exube-
10 ratione voluntatem exprimendi proferuntur. ¶ † Nota quod duplex est malum, scz malum culpe, ⁊ malum pene. An malum pene
11 ascribatur ad peccatum, vide. xv. q. i. in princi. ¶ † Venio ad versic. licet enim. Posset dici imo reperitur quod Deus prohibuit iuramentum dum dixit. Nolite iurare omnino. respondet quod licet prohibuerit, non prohibuit per creatorem, sed per creaturam. ¶ Nota prohibitum iurare per creaturam. Et nota causam, ne honorificentia creatoris transferatur ad creaturam, que species
12 idololatrie est. ¶ † Nota contra istos adducentes authoritates Dei ⁊ sanctorum in laudem Dei ordinatas ad laudandam creatu-
13 ram, cadunt in speciem idololatrie. ¶ † Nota quod genus vniuersale precedens restringitur per enumerationem specierum precedentium. Et arguit Host. contra illos, qui plus homines, ꝙ Deū honorāt: quia coram altari transeuntes nullam inclinationis reuerentiam exhibent, ⁊ quando coram domino veniunt, quasi idolum ipsum colunt, iungendo manus, genu flectendo, non solum pileum, sed, sed etiam zonam, ⁊ chlamydem remouendo: contra illud quod dicitur Ioā. Apoc. xix. c. vbi angelus dixit beato Ioanni cadere volenti ad pedes eius. Vide ne feceris, conseruus ego tuus sum. Et licet reuerentia sit maioribus exhibenda, de ma. ⁊ obe. super his. ⁊ c. is. qui. ⁊ ipsi debeāt illā recipere, ne videant contēni. ff. de offi. pres. l. obseruandū, tñ esset, secūdū eum, hec idololatria corrigēda, ⁊ que recipit ⁊ exhibetur, iuxta verbū Imperatoris genu flectentis, qui dixit, Nō tibi, sed Petro: esset recipiēda, ⁊ exhiben-
14 da. Ad qđ no. de ma. ⁊ ob. hi q. post pri. ¶ † No. triplicē creaturā,
15 angelicam, mediam, ⁊ humanam. ¶ † Nota qđ quis nō potest facere capillum de nigro album. Quod est verū naturaliter, sed posset artificialiter. Vel non potes facere creando de nouo album, vel nigrum, sicut nec quālibet aliam rem: qꝛ nec minimum pilum vestis creare posses. Si ergo ipse omnia creauit, ergo ipse sol⁹ honoran-
16 dus est. ¶ † Nota qđ licet nō sit per creaturā iurādū, iuramentum tamen obligat: ⁊ sic iuramentum illicitū in modo iurandi est obligatoriū. Dicit Inn. qđ peccatū est Christiano per Deos alienos iurare: sed si iurauerit, obligatur: ⁊ nō peccat ab infidelib⁹ tale iu-
17 ramentum recipiendo. xxij. q. j. mouet. secundum Inn. ¶ † Oppo. gl. quod due negationes faciunt vnam affirmationem. ff. de verb. sig. l. si duobus verbis. Gl. non soluit. Dic quod non faciunt vnam affirmationem, qñ respiciunt diuersa quia hic vnum respicit os, aliud cor: vel vnū interrogans, alterū respondens. Concor. ff. eo. l.
18 duo patroni. §. Marcellus. Ad primū facit gl. sequens. ¶ † Op. quod licitum sit iurare per creaturas. xxij. q. v. qui periurat. Gl. dicit. qđ nō est licitū iurare p creaturas, nisi qñ in iure exprimit: ⁊ exprimit aliquos casus. Inquantū gl. dicit posse iurare per salutem principis. hoc intellige vt no. in capi. quoties. i. q. vij. ibi glos. dicit quod iuramenta per creaturas sunt licita, qñ principalis respect⁹ habetur in eis, ⁊ per eas ad creatorem, non quasi creature vocen-
tur in testimoniū veritatis vt creature, sed p creaturas ipse crea-
19 tor inuocetur. ¶ † Opp. quod male stat dictio Omnino, quia vniuersalis est, ⁊ tamen aliquando permittitur iurare vt. j. patet. So. Intellige omnino, id est, ex leui causa, vel per oia. Dat simile. ff. de fideius. l. Grece. §. illud secundum Hosti. dicit quod non est simile, cū ibi exponat omnino. id est, nullo modo. Sed vt ibi no. exponatur dupliciter, vt etiam no. in regula, vtile. de reg. iuris. lib. vj. Alteri opinioni accedit simile, quod no. de conuer. coniug. dudum. in prima gl.

1 ☞ Iurare voluntarie non licet, absq; necessitate.
2 Iuramentum tria in se debet habere, vt sit licitum.
3 Iuratur licite, nedum instante necessitate, sed etiam vtilitate.
4 Iurandum an indistincte non sit, nisi necessitate vrgente.

1 **Iacobus.** Hic respondet authoritati Apostoli, quod phat authoritate eiusdē, ibi. alioqn. ¶ † No. quod voluntarie iurare absq; necessitate est prohibitum: ⁊ quod iuramentum prestitum necessitate impellente, non est illicite prestitum.
2 ¶ † Nota tria requisita ad iuramentum, vt in se sit licitum, vt habeat veritatem, iudicium, ⁊ iustitiam: de quibus vide Hosti. in Summa, eod. tit. §. qđ comites. ¶ Nota ꝙ non est licitū iurare per aliquam creaturam. ¶ Nota licitum iurare ad finem controuersie: ⁊ qđ iuramentum potest dici exceptio litis finite: quia aptū omnem finire controuersiam: ⁊ sic habetur per quem, scilicet per Deum: ⁊ ad quem finem sit iurandū, scilicet ad finem decisionis cō-
3 trouersie. ¶ † Oppo. quod nedum instante necessitate, sed etiā vtilitate, licite iuratur. xxij. q. j. tu malum. Glo. dicit ꝙ hec necessitas
4 includit in se vtilitatem. Glos. sunt clare. ¶ † Quero an indistincte non sit iurandum nisi necessitate impellente. Dicit Inno. quod siue quis iuret super Euangelia, siue super reliquias, siue dicat tātū, Promitto in fide mea, siue iuret per creata, non est iurandum, nisi necessitate impellente. qđ metus causa. ad aures. de arbi. c. peruenit. Maior tamen est contemptus, ⁊ maius peccatum, fallere iuramentum factum per increata, vel superiores creaturas, quam per inferiores, secundum eum. Item verum est iuramentum, quādo quis aliquid asserit in periculo anime sue dicere veritatem. de frigi. fraternitatis. Semper tamen quando quis parti defert iuramentum, iurandum est sicut ambabus partibus placet. ff. de iureiurando. l. iij. ad fi. ⁊. iiij. ⁊. v. In iuramentis autem, que precipiūtur a iure, vt calumnie, ⁊ testis, semper iurandum, ⁊ super sancta Dei Euangelia. xi. questio. j. testimonium. de iura. calum. cap. vlti. Idem in omnibus aliis, que a iure, vel iudice vel a partibus, ex necessitate deferuntur. vel etiam si partes premittant iurare, nulla forma distincta: remittit ad Summam, eodem titulo. §. quemodo. super. §. quod. ⁊ vide no. xxij. questio. j. in summa. ⁊ in cle. de heret. c. j. §. porro. in gloss. vt no.

1 ☞ Iuramentum quibus probetur licitum.
2 Dictio Amen, quid significet.
3 Iuramentum quare Deus prohibuit.
4 Pacisci potest super dolo preterito, sed non futuro.
5 Prohibito vno, prohibentur omnia, per que peruenitur ad id.
6 Causa facti cessante non cessat factum.
Cessante causa cessat effectus, quomodo intelligatur.
7 Testificari possunt monachi de ecclesia in causa monasterij, ⁊ ecclesie.

Angelus

1 **Angelus.** †Nota authoritates noui & veteris testamen
ti, quibus probatur iuramentum fore licitũ.
2 ¶ †Nota quid est dicere Amen: quia in veritate est iurare. Gloss.
dat aliam expositionem de hac dictione Amen, quia idem est dice
re, quod sine defectu. ab a, quod est fine, & mene, quod est defectus. &
exponitur de conse. di. iij. re vera. Gloss. ponit modos iurandi se
cundum vetus testamentum.
3 **Quedam.** †Hic distinguendo authoritatem concordat
quod quedã omnino sunt mala, & per se: & ista
omnino cauenda. Quedam non sunt omnino mala, sed quia ex eis
sequitur malum: & talia in tantum sunt cauenda, inquantum ma
lum sequitur. Inquantum vero iuramentum prohibetur, non q̃
in se sit malum, sed quia ex eo surgit periurium, & prohibetur pro
pter hoc: & quia ex assidua iuratione, & voluntaria sequitur, nõ ex
cauta, & necessaria: ideo permittitur iuramentum ex cauta, & neces
saria causa. ¶ Nota quod cessante causa prohibitionis, cessat pro
hibitio: & cessante causa, cessat effectus. Ad hoc de appel. cum ces
sante. Dic vt de renunt. post translationem. Gloss. ponit quedam,
que sunt simpliciter prohibita a veteri lege. Quedam, que a positi
ua: & sic dicit quod quedam sunt simoniaca quia prohibita, & que
dam prohibita quia simoniaca. Et exemplificat dum dicit de be
nedictionibus nubentium, & baptismo, male dicit in istis duobus:
quia baptismus est sacramentum, & benedictio nubentium est sa
cre rei signum, per quod confirmatur, & augetur gratia. Spiritus
sancti: & sic prohibitum quia simoniacum. De hoc de pactis. cum
pridem. j. q. iij. saluator. & in. c. ex parte. alleg. in gloss. Gloss. colligit
aliquid prohiberi non quod in se sit malum, sed quia ex eo sequi
tur malum. Contra quod opp. ff. qui, & a qui. l. fi. Dico quod ibi p
hibetur stipulari mercedem ab inuito liberto, sed non operas, et
potest stipulari operas, aut mercedem, licet posset sequi qđ presta
bitur estimatio: quia illud non est prohibitum, nec malum, vt pre
4 stet mercedem voluntarie, vt ibi. ¶ †Secundo opponitur de. l. si
vnus. §. illud. ff. de pactis. vbi dolus futurus non potest expresse
remitti, & tamen potest pacisci ne agat depositi, per quod videtur
futurus dolus remitti: & sic non remitti ex se non prohibetur, sed
propter illud, quod sequitur ex illo prohibitum. Sed dic quod in
quãtum litera dicit quod potest pacisci ne agat depositi: dic respe
5 ctu doli de preterito. ¶ † Colligit secundo quod vno prohibito,
prohibentur omnia, per que peruenitur ad id, quod opponitur. ff.
de tu. & cu. da. ab his. l. scire. ff. de bo. libe. l. queritur. & de procura.
tue. Dic de hoc vt in regula, cum quid vna via. de regu. iur. lib. vj.
deinde gloss. & sequens colligunt alia argumenta. vide per te.
6 ¶ †Oppo. quod cessante causa, non cesset effectus. xxij. q. vij. tan
tum. Solut. Dicit gloss. quod cessante causa prohibitionis, cessat
prohibitio, sed cessante causa facti non cessat factum, vt in contra
rio. Vel secundo cessante causa alicuius concessi, non cessat effect⁹
in personam eius, cui facta est concessio, nisi priuilegium ex causa
concessum tendat ad noxam. de deci. suggestum sed cessante causa
concedendi in futurum, bene cessat effectus concessionis in futu
rum: vel cessante causa, cessat effectus, quando cessat a principio.
Secus si cesset causa ex postfacto post cessionem. Sensus autem li
tere est, quod cessante causa, & periurio, que est causa prohibendi iu
ramentum, cessat effectus, scilicet prohibitio iuramenti. Vel dic,
cessante causa ad periurium iurantem inducente, vt est causa fre
quentis, & voluntarie iurationis, cessat effectus, id est, prohibitio
7 iuramenti. &c. ¶ †Venio ad versic. licet authẽ. nota quod in causa
monasterij, & ecclesie possunt monachi de ecclesia testificari. ¶ No
ta quod nedum monachi, sed etiam conuersi ipsius ecclesie. ¶ No
ta argu. quod tales admittuntur ad testificandum demum in sub
sidium alijs deficientibus: per quod patet quod non admittuntur
principaliter, vbi alij possunt reperiri. ¶ Oppo. quod & principa
liter possunt testificari monachi in causa monasterij. de testi. insu
per. & c. cum nuntius. dicit Hostien. ad literam supplendum magi
me: & idem Pet. Nam quandoq; quis existimat se habere plures
bonos testes, cum nullum habeat. De quo remittit Hostien. de te
sti. dilecto. In his autem causis an monachi possint esse testes,
Accursius. tenet quod sic. C. de testi. aut. si dicatur. de quo plenius
in Specu. de teste. §. i. versicu. item excipitur quod est monachus.
ibi. Specu. dicit quod requiritur licentia abbatis. ¶ Oppo. quod
hec non sit indulgentia, cum foret a iure concessum. xxiiij. q. ẟ. ij. su
per pendentia. Glo. exponit indulgemus, id est, indultum esse ostẽ
dimus. Idem Inno. Vel secundum Hosti. hoc fecit propter eo
rum conscientias, qui nec se putabant aliter esse securos.

1 ☞ Iuramentum contra vtilitatem ecclesie non tenet.
2 Iuramentum per canonicum prestitum ligat cum factum epm.
3 Iurans temerarie peccat mortaliter.
4 Delictum temerarij iuramenti non deponit quem a dignitate.
5 Iuramentum late incautum comprehenditur appellatione per
iurij.
6 Contractus iuratus annullatur retractato iuramento.
7 Donatio, quam facit episcopus de mensa sua suo capitulo, non
preiudicat successori.
8 Episcopus non preiudicat successori donando. 15.
9 Confessio episcopi non preiudicat successori.
10 Iurare quando quis dicatur incaute. nu. 12.
11 Episcopus in peccato mortali promotus an possit ab episcopatu
remoueri. 14.
13 Infamis an reputetur, qui temerarie iurauit.
16 Iuramentum proprium an possit episcopus reuocare.

1 **Sicut nostris.** ¶ †Iuramentum, quod
contra vtilitatem ecclesia
sticam prestitum est, non tenet. Prima pars ponit iu
ramentum temerarium. Secunda ponit iurantem.
Tertia committit inquirenda, & retractanda attentata. Secunda
2 ibi: pro iuratione. Tertia ibi: quia vero. ¶ †Nota primo quod iu
ramentum prestitum per canonicum ligat eum etiam factum epi
scopum: & sic non alteratur ex sola alteratione dignitatis. ¶ Nota
secundo quod iuramentum in damnum episcopalis dignitatis,
3 vel ecclesie, vt temerarium non est obligatorium. ¶ †Nota argu
4 men. quod temerarie iurans peccat mortaliter. ¶ †Et nota quod
delictum temerarij iuramenti non deponit quem a dignitate.
5 ¶ Nota quod appellatione periurij comprehenditur late incau
6 tum iuramentum. ¶ †Nota quod retractato iuramento vt illici
to, retractatur omne, quod est ex iuramento secutum. Colligit hic
Abbas argumen. canonicos non arctari ad assumendos sacros
ordines. De quo de eta. & qualita. querte. sed forsan hic dicit mino
res in respectu ad ordinem episcopatus: & tunc non colligitur no.
Ioan. And. quod etiam in ciuilibus ratione peccati contra eccle
siam potest iudex ex officio inquirere: de quo. s. eodem. ad nostram.
7 de iudi. nouit. de offic. ordi. c. j. ¶ †Nota secundum Ioan. & Vin
cen. donationem, quam facit episcopus de mensa sua suo capitulo,
non preiudicare successori, cum non possit capitulum authorizare
in facto suo. Vide quod not. in clemen. si vna. de re. eccle. non alie. in
8 glo. ij. †Per quod etiam concludebat hic Ioan. alternatiue tan
tum, nullam ecclesiam posse dare aliquid ecclesie episcopali de au
9 thoritate episcopi. xviij. q. iiij. questi. ¶ †Oppo. quod frustra mã
det Papa hoc inquiri: quia hoc constabat relatione, & confessione
episcopi. Quod patet, quia Papa mandat penitentiam imponi.
Solu. Dic quod confessio episcopi non preiudicabat alijs: ideo de
10 eo, quod tangit alios, mandat inquiri. ¶ †Quero qualiter dicet iu
ramentum incautum. Dic, quia non habebat secum comitem iu
11 stitiam. ¶ †Oppo. quod episcopus in mortali promotus debeat
remoueri. lxxxi. distinc. quicunq;. xxiiij. distinctio. c. ñ. Glos. dicit q
si mortale est graue, deponit: si leue, non. Et dicit leue illud, ex quo
imponitur pena vnius anni. Gloss. tenet Gofre. Hostien. exigit
duo, quod sit graue, & publicum. De hoc dic vt de elect. dudum. et
c. auditis. & de cle. excommuni. mi. si celebrat. Deinde remittit que
peccata inducunt depositionem, & que non. Vide. lxxxi. distinctio.
c. j. & xv. q. pe. per totum. Vnum primo supponit glo. q temerariũ
iuramentum inducat peccatum mortale: contra notata. xxv. dist.
12 §. nunc autem. in fi. vbi dicitur q incauta iuratio est veniale. †Sz
dic vt ibi in vltima gloss. que dicit q incauta iuratio, quia lucen
do iurat, non tamen illicitum, hoc est veniale: incauta iuratio, q
iuratur illicitum, hoc est mortale, licet non tanta penitentia impo
natur, quanta imponitur pro mortali. Et idem dicit gloss. de con
trauenient iuramento per metum extorto: quia talis peccat mor
13 taliter: sed tanta penitentia nõ imponitur ei, sicut p mortali. †A ñ
quid autem temerarium iuramentum infamet: no. gl. qđ non. xxij.
q. iiij. diffinitio. & hoc tenet etiam Tan. An autẽ electus in episco
pum excludatur ex eo q iurauit non episcopari. no. lxxxv. di. Archi
14 diaconũ. †Colligit gloss. q temeraria iuramenta non repellunt a
15 promotiõe, neq; a testimonio, nec ab accusatione. & alle. cõcor. †Gl.
pe. colligit canonicos vacante ecclesia, quinimo etiam episcopum
canonicis vacante, non posse aliquid disponere de bonis episcopa
tus in preiudicium ipsius episcopatus, & non possunt reditus epi
16 scopales diminuere. de re. eccle. nõ alie. vt super. ¶ †Querit gl. an
idem episcopus, qui iurauit, possit reuocare. Glo. dicit q sic, etiam
qđ fecit vt canonicus: q quedã quis facit tanq̃ alius. Doc. dicunt
hoc verum, qñ intuitu dignitatis voluit venire cõtra iuramentum.
Secus si intuitu psone: q tunc necessaria est licentia superioris. de
elec. venerabilem. sm Tan. & Vinc. Plus dicunt q si iurasset tan
quam episcopus, non adstringeret iuramentum, sm Hostien.

1 Alienationi rei dotalis mulier consentire nequit. 8.
2 Iuramentum super contractu prohibito ratione fauoris perso
ne iurantis est obligatorium.
3 Iuramentum vt validet contractum nullum quale sit.
4 Contractum iuratum seu obligationem duo impediunt.

Dotalis rei actio non competit mulieri, sed viro constante matrimonio.

6 Contractus iuratus an in foro ciuili obliget contrahentes.
7 Iuramenti qualis sit effectus, quando non repugnat legi.
8 Iuramentum si repugnet legi an obliget.
9 Donatio inter virum & vxorem an firmetur iuramento.
10 De alimentis licet non possit transigi, an iuramentum interueniens validet transactionem.
11 Renuntiatio quo ad cessionem bonorum an validetur iuramento.
12 Iuramentum an obliget, vbi contrahitur contra prohibitionem legis.
13 Iuramentum non est obligatorium vbi dolus excludit mentem iurantis.
14 Iuramento quando non validetur contractus.
15 Iuramentum contra legis prohibitionem an validet contractum.
16 Iuramentum quando non firmet contractum.
17 Iuramentum an possit firmare accessorium, vbi non valet respectu principalis.
Accessorium an indistincte sublatum dicatur sublato principali.
18 Fideiussor an remaneat obligatus, vbi principalis cessit bonis.
19 Iuramentum tendens ad preiudicium alterius, an obliget iurantem.

1 Cum contingat. † Non audit mulier contra alienationem
rei dotalis, cui sponte consensit, & non contrauenire iu-
rauit. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi: nos au-
tem. ¶ Nota quod secundum leges non valet alienatio rei dota-
lis, aut donatio propter nuptias, nec consensus mulieris in alie-
2 natione prestitus illi preiudicat. ¶ † Nota secundo quod iuramen
tum super contractu nullo & prohibito, ratione fauoris persone iu
rantis est obligatorium, & seruandum, tanquam quod potest serua-
ri sine interitu salutis eterne. & nota quod non validat contractum.
3 ¶ † Nota tertio quod vt talia iuramenta effectu obligent, oportet
quod sint prestita absque vi, vel dolo: quasi si dolo vel vi prestita sint,
non obligent. Sed non puto hoc: sed tunc effectualiter non obli-
gant, quia aduersus talia iuramenta detur regressus. Et ponde-
ra: quia loquitur de dolo simpliciter: per quod videtur includere
4 dolum reipsa. ¶ † Nota duo, que impediunt effectualem obliga-
tionem iuramenti. Primum inquantum iuramentum tangit pre
iudicium alterius, sed inquantum preiudicat anime iurantis, quia
non potest seruari absque preiudicio salutis eterne. Inquantum
autem preiudicat circa bona temporalia tantum, iuramentum est
5 obligatorium. ¶ † Nota argu. quod mulier constante matrimonio
super dote etiam alienata agere non potest: quia nullam habet actio-
nem, sed maritus. C. de rei vendica. l. dote ancillam. nisi in casu. C.
de iure do: i. l. vbi. Soluto autem sic, vt hic, siue morte viri, vel pro-
pter diuortium latum propter consanguinitatem, vel aliud impe-
6 dimentum, sm Pe. & Abb. ¶ † Quero an in foro ciuili seruandus
sit hic canon, inquantum obligat ex iuramento. Dicit Host. quod sic, quia
& hoc est de mente legum, que mandant canones seruari. in aut. quo
mo. opor. epi. §. i. coll. ix. cum simi. C. de sum. tri. l. fi. in aut. de man.
prin. §. si vero. col. iij. ad hoc aut. sacramenta. C. si aduer. ven. quam
glossauit hic Host. & tenet illam aut. etiam habere locum in impu-
bere doli capace, qui periurare potest. de delict. pue. c. i. & de infanti
bus vel doli non capacibus loquatur. xxij. q. v. paruuli. & c. pueri &
quod illa aut. habet locum in contractibus rerum immobilium, &
quod habet locum in donationibus: & si deceptus est minor, qui iu-
rauit, vltra dimidiam iusti pretij, tenet quod no. de emptio. & ven-
di. c. fina. & ponit etiam hic quod no. de iureiurando. licet. libro sex-
to. in vltima glo. Ad glo. videtur quod iuramentum hic non obli-
get: quia lex prohibet contractum: ergo iuramentum non obli-
gat: quia iuramentum contra legem factum non consequitur &c.
x. distinc. videns. alias Iudeus. de foro competen. si diligenti. Se-
cundo ex regula, quia si non valet principale, nec accessorium. de fi
de instrumen. inter. cum concord. Tertio, quia tale iuramentum
vt tendens in oppositum legis damnantis contractum. ff. de fundo
dota. l. lex Iulia. non est obseruabile absque interitu salutis eterne,
vt obligans ad inobedientiam, ergo non est obseruandum. Quar
to quia dato quod seruari possit sine interitu salutis, non sequitur
necessario valet: datur enim instantia in temerarijs. s. eodem. si-
cut. & in capitulo quemadmodum. s. eod. & vbi quis se iurat solutu
rum spe future numerationis. Quinto, quia tale iuramentum vt
turpe non obliget. ff. de legat. primo. l. si quis inquilinos. Item quia
hoc ordinatur ad perpetuam viduitatem inducendam: quia si non
habet dotem, non potest nubere, & sic non valet. ff. de iure patro. l.
adigere. Dic secundum legem ciuilem prohibitus est contractus,
& alienatio, & secundum illam non valeret principale, nec accesso-
rium: sed secundum canonem iuramentum obligat. Hanc diuersi
tatem inducit diuersitas finis, quia lex considerat quid vtile cor-
pori, & omnia trahit ad hunc finem, etiam si preiudicetur anime: &
sic secundum illam legem, cum sit inutile corpori, ne mulier nube-
re posset, prohibet alienationem. Sed lex canonica considerat vti-
le anime: ergo licet cum aliquali corporis detrimento iuramentum
sit obseruabile, seruari debet. Hec non ad plenum satisfacit: quia si
lex prohibet, & prohibitum est, vt prohibet seruari debet, licet pec-
cet non obseruans. Item & iura canonica non volunt valere iura-
menta contra leges: vt in ca. cum contingat. Vel secundo si mulie-
ri aliter potest consuli, valet iuramentum: vt hic, & in authen. sine a
me. ad Velleia. Si aliter non potest consuli, non valet contractus,
nec iuramentum ad preiudicium mulieris. Solu. Hec est contra
hanc decre. que loquitur indistincte. Vel tertio si iuramentum non
est obligatorium contra legem aliquid prohibentem, vt turpe, vt
in contrarijs: secus si contractus est altero respectu inhabilis a
lege, puta propter turpitudinem iurantis: quia licet non valeat con-
tractus, valet tamen iuramentum, propter periculum anime, vt hic:
sic alias obligatio non tenet, & tamen valet iuramentum. s. eo. debi-
tores. Sed non soluit, quia inquantum se obligat contra legem, tur
pe est, cum obligat se ad inobedientiam. Vel quarto si lex prohi-
bens contractum habet causam firmam, etiam inuariabilem, & per-
petuam prohibendi, non valet contractus, nec iuramentum: si habet
variabilem, & temporalem, tunc potest valere. Sed inquantum interce
dit iuramentum, trahi posset ad casum, quo lex permittit: & ita hic.
Nam licet hic prohibeatur contractus alienationis rei dotalis, tamen lex
non perpetuo prohibet, imo aliquando permittit, interueniente
bino consensu: vt in aut. sine a me. C. ad Velle. Prestito autem consen-
su in contractu, si secundo iuretur, iuramentum habet pro consensu
secundo: igitur adaptatur ad casum a lege permissum, & sic valet quod
agitur. Dat simile gl. in pacto legis commissorie. de quo de pign. signi
ficante. So. Non placet, primo quia aut. sine a me. non loquitur in re
dotali, sed obligata pro re dotali. Item loquitur quando duplex con-
sensus interuenit iuramento vallatus: quo casu secundus consensus presu-
mitur deliberatus. Hic quando eodem instanti: quo casu presumitur
eadem facilitate prestitus, quo primus. ff. de nouatio. l. doli. Nisi dica
tur quod consensus iuramentalis propter eius solennitatem & periculum
in dubio deliberatus presumatur. Videnda sunt duo. Primo effe-
ctus iuramenti, inquantum non repugnat legi. Secundo quid iu-
7 ris inquantum repugnat. ¶ † Ad primum dic quod iuramentum litis
decisorium habet effectum: quia obligationem producit, & in facti
actionem, si informiter est prestitum, id est, non super aliqua materia
apta ad inducendam obligationem: vt patet. C. de iureiur. l. actori.
l. non erit. §. dato. ff. e. Et hoc, quia subrogatur loco sententie. l. i. ff. de
iureiur. & l. ait pretor. Si formiter est prestitum. i. in materia apta
ad inducendam obligationem, iuramentum presumitur circa materiam
tali presumptione, que non admittit probationem in contrarium:
& sic agi potest ex actione descendente ex contractu iurato probato per
iuramentum. l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. Marcellus. ff. de iureiu.
Si iuramentum simpliciter extra litem vel materiam aptam ad actio
nem producendam prestatur, aut inducat ius agendi de iure ciuili,
nec actionem, nec obligationem etiam naturalem producit: quia non
ordinatur ad obligandum parti, sed Deo: & de obligatione Dei lex non
curat, vt pote que nihil habet de anima prouidere: nec habet formam ali-
quam obligandi, quia nec contractus, nec pactum est, qui duorum est
consensus. l. i. ff. de pac. & l. inter stipulantem. in prin. ff. de ver. obli.
Simile in pollicitatione. ff. de pollic. l. i. & ij. Fallit in stipulatione ope
rarum: vt. l. vt iurisiurandi. ff. de ope. liberto. Sed dico quod ibi ideo quia
ibi precedit quedam obligatio naturalis, qua ad antidora obliga-
tus est libertus ad prestanda opera, que propter remunerationem
libertatis, que quandoque habet necessitatem prestandi: vt. l. non solum.
§. si libertus. ff. de ope. liber. ideo tunc iuramentum propter naturam
cause se extendentis ad personam obligat personam persone. Idem
dico vbicunque alias procederet obligatio naturalis: quia iuramen-
tum etiam de iure ciuili super illa prestitum induceret obligationem.
Ad hoc. l. i. §. si debitum. ff. de consti. pec. Ideo dicit Host. quod obligatio
ex compromisso iurato oritur: quia ibi adest duplex consensus: nam &
alias operatur duplex consensus, vt in compromisso emologato, quod in-
ducit obligationem. & patet in. l. sine a me. C. ad Vellei. & in. l. si mulier.
C. ad Vellei. dicit Host. s. de arbi. per tuas. De iure autem canoni
co an ex iuramento producatur actio, videtur quod sic. no. ex. q. s.
quicunque. xxij. q. v. iuramenti. Inn. de iudi. nouit. & de constitutio.
cum venissent. tenet quod ex iuramento non oritur actio. Fatetur
tamen quod agi potest ad obseruantiam per viam denuntiationis:
vt no. in ca. nouit. & in ca. Quintauallis. s. eo. Dic quod agitur officio
iudicis. Recitat quod multi tenent quod agatur per dictum ca. iuramen-
prescribere ius hoc tanq feudatarius ecclesie?Glo.dicit quod sic:
quia per hoc nō preiudicatur ecclesie Romane.sic.xvj.q.iij.volu
mus remittit ad ibi no.Jo.And.r qd scribi de postul.prela.bone.
super.iiij.glo.r quod not.j.c.proxi.gloss.non placet Hosti.ne Ro
mana ecclesia habeat vasallum,quem nollet, vel nō expediret.In
si.pen.glo.dic ad idem de offi.ordi.si sacerdos.

1 ☞ De prescriptione cētenaria tempora schismatum deducun
tur.
2 Prescriptio centenaria non currit contra ecclesiam Romanam.
3 Prescriptioni si obijciatur de tempore, quo potuit dormire,non
obstat,rc.
4 Prescribere an possit ecclesia Romana contra inferiores minori
tempore centum annorum.
5 Prescriptio an possit tolli per statuta.
6 Prescriptio non currit contra ecclesiam Romanam in iuribus
prelationis.
7 Prescriptio centum annorum an sit impossibilis probari.

1 Cum a nobis. ¶†De centenaria prescri
ptione,que sola currit con
tra Romanā.ecclesiam,tempora schismatum deducū
tur.In prima decisa consultatio.In secūda responsio,
2 Secunda ibi:licet.¶†Not.qd ꝯ Romanā ecclesiā non currit nisi
centenaria prescriptio.¶Secundo nota qd tēpora schismatū de
prescriptione subducuntur, quibus dicitur prescriptio dormire.
3 ¶†Nota effectum qd prescriptio dormiat:qr,tempus inutile me
4 diū inducitur,r alia simul vtilia iungūtur.¶†Quero an ecclesia
Romana ꝯ inferiores ecclesias pscribat spacio cōi quadraginta
annorū,an exigatur centenaria.Jo.And.remittit ad Spe.eo.tit.
ver.illud etiā Uin.sentit qd quantum ad papam nō prescribitur:
quia res ecclesie sunt sue:r sic nō possunt amplius effici sue.l.iij.§.
subtilius.ff.de cōdi.ob causā.Sed certe domin⁹ est vniuersaliter,
sed pōt prescribere in specie:r puto ꝙ quadraginta anni sufficiāt,
ne ius introductū pro ea cōtra eā retorqueatur. de reg.iur. qd ob
gratiā.li.vj.An valeat priuilegiū quod nulli ecclesie currat pscri
5 ptio?Cyn.quod non. ¶†Nota,qr facit qd per statuta non posset
tolli pscriptio:qr hoc esset derogare iuri publico, r statutum esset
contra publicam vtilitatem.iiij.distin.erit autē lex.Credo qd hec
non posset facere inferior iudex ecclesiasticus:quia cōtra canones
esset.de ma.r obe.quod super his.sed bene hoc facere posset statu
tum laici,quia aliquam habet equitatem in se,ne quis locuplete
6 tur cū aliena iactura.¶†Opp.qd contra Romanā ecclesiam nō
prescribatur.xciij.dist.qui cathedram.Sol.In rebus r possessio
nibus contra Romanā ecclesiam bene currit prescriptio: sed in
priuilegio prelationis,quo super alias obtinet principatum ,non:
quia hoc esset prescribere contra obedientiam,qd fieri non potest.
ꝯ.eo.cū non liceat.hoc tenuit Uincen.Adde quod no.de priuil.ac
cedētibus.Uide Inn.de postu.bone.ij.Archi.xvij.q.iij.nemo.r.q.
viij.volumus.de ele.egro.c.j.lib.vj.r ponit Jo.An.de priui.abba
tes.lib.vj.in Nouella.ibi superioritatis insignia cōtra ipsum pre
7 scribi nō possunt.¶†Opp.qd sit impossibilis prescriptio centū
annorū:r sic melius esset dicere qd nulla currat prescriptio,cū pa
ria sint nō esse,vel nō posse probari:nā per instrumentū non potest
pbari:quia per illud nō probatur possessio de fide instru.inter di
lectos.Per testes etiā nō:quia opꝫ quod habeant saltē.cxiiij.an
nos,r pauci reperiuntur ad talē etatem ascendentes.Solu. Dicit
gl.quod probabitur probādo memoriā nō extare:qr tanto tempo
re res alie prescribuntur,que alr nō prescriberent.ff.de aqua quo
ti.r esti.l.hoc iure.§.duct⁹ aque.Uel quod testes dicāt se audiuisse
a suis maioribus,nec sit aliquis,q viderit,vel audiuerit cōtrariū.
Si enim probatur de antiquitate.ff.de proba. si arbiter.glo.dicit
quod nō est recedendū a verbis istis:qr debet centenariā probare
prescriptionē,r sufficit quod ita placuerit legislatori,de modo p
bandi memoriā non extare.de verb.sig.super quibusdā veniēs.et
c.quid per nouale.de prescri.c.j.lib.vj.in vltima glo.quod centena
ria sit probanda,vt glo.tenet Uinc.r Hosti.dicens hoc priuilegiū
per gl.nō ledendum,maxime qr respicit honorē Dei,r fauorē eccle
sie:nā r priuilegiū concessum priuato non debet ledi, vel minui.de
reg.iur.decet.lib.vj.Sed per hoc non soluitur cōtrariū.Dic ergo
qd centenaria pōt probari:qr licet sit difficile,possibile est tn tāte
etatis testes inueniri.Itē per instrumenta posset probari prescri
ptio.j.c.si diligenti.no.r per confessionem.Unde licet non sit,suffi
cit quod esse possit,vt vitetur obiectio.Sentit gloss.quod maior
xiiij.annis non posset testificari de his, que vidit in etate minori
xiiij.annorum.r hoc no.iij.q.ix.testes.Jo.an.remittit ad no.per se
de cor.viti.ex parte.r vide in Spe.de teste.§.opponitur.versic.sed
nunquid factus pubes.r Jo.xxxvij.di.relatum.

1 ☞ De prescriptione subducitur tēpus,quo vacauit ecclesia,con
tra quam prescribitur.
2 De lege diocesana,que esse dicantur.nu.15.
3 Prescriptione potest eximi ecclesia a potestate episcopi ex toto
per alteram ecclesiam.nu.9.
4 In libello petitionis iuris debiti non solum venit debitum iure
communi sed etiam debitum iure speciali.
5 Prescriptionis interruptio non ꝯcluditur per interruptionem
alicuius articuli,respectu iuris vniuersalis.10.20.
6 Prescriptibilis est cognitio causarum matrimonialium ab infe
riore.
7 Prescribi potest res determinata ex titulo indeterminato.
8 Prescriptionis interruptionē non sufficit probare ad illam rum
pendam.
9 Probatio vniuersalis preualet probationi indefinite.
10 Interruptio non concluditur respectu iuris vniuersalis per in
terruptionem alicuius articuli respectu eiusdem vniuersalis,li
cet alias interruptio quo ad vnū,se extendat quo ad totū.nu.20.
11 Prescriptio qualiter interrumpatur in incorporalibus.
12 Prescriptio an tollat debitum singulis annis soluendum.
13 Subiecta quando dicatur vna ecclesia alteri ecclesie pleno iure.
14 Actionibus,vel exceptionibus , seu probationibus simul pluri
bus accumulatis,que sit prior expedienda.
15 Actio in materia subiectionis qn̄ sit dirigenda contra subiectum.
17 Ad synodum alterius episcopi si clericus vadat an intersit episco
pi,cui subest ipse clericus.
18 Prescribi quomodo possit ius subiectionis.
19 Actio iuris,priuilegij,r prescriptionis potest cumulari.
21 Prescriptio an currat non valenti agere.

1 Auditis. ¶†De prescriptione subducitur
tempus, quo vacauit ecclesia, con
tra quam prescribitur. Primo ponit processum, r con
clusionem negotij.Scdo indecise narrat restitutionem
ab,vtraqꝫ parte petitam,r concessam.Tertio in versicu.quo circa
committit probationes recipiendas super restitutione,r causam
2 diffiniendam.¶†No.j.que dicantur esse de lege diocesana,r quod
iurisdictionalia videntur legis diocesane:sed dic vt dicam.j.r no.
3 de offi.ordina.dilectus.¶†Secundo no.qd prescriptione ecclesia
potest eximi a potestate episcopi ex toto,dummodo non prescri
bat inferior libertatem,sed ab alia ecclesia alteri delata potestas
prescribatur.¶Nota quod vbi locus est diuersimode nominatus
in libello,r probationibus,ad concludēdam loci identitatem suf
ficit quod in altero instrumento locus sit nominatus diuersimo
de,licet sit vnus r idem locus, r sic vna probatio certificatur per
aliam.¶No.quod de prescriptione contra ecclesiam subducitur
tempus vacans cōmunis ecclesie, quo tempore dormiuit prescri
4 ptio.¶†No.quod in petitione iuris debiti non solum venit debi
tum de iure communi,sed etiam debitum de iure speciali,quando
est accessorium ad debitum de iure communi.vide quod dixi de re
5 stitu.spol.cū ad sedem.de offi.ordi.conquerente.¶†No.quod per
interruptionem alicuius articuli,vel aliquorum articulorum,re
spectu iuris vniuersalis,aut quasi possessionis , non concluditur
interruptio respectu ipsius iuris vniuersalis,vel quasi possessio
6 nis, de quo aliquid.j.¶†No.cognitionem causarū matrimonia
lium prescriptibilem ab inferiore,nisi interruptio probetur.vide
7 contra Hostien.ꝯ.de restitu.spolia.literas.¶†No.quod ex titulo
indeterminato potest prescribi res determinata,vl ius in loco de
terminato,r certo:r sic ex titulo incerto datur iusta causa certum
8 quandoqꝫ prescribendi.¶†No.quod ad rumpendam prescriptio
nem non sufficit probare interruptionem,nisi probetur intra ter
9 minum prescriptionis.¶†Oppo.quod dato quod abbas probet
se prescripsisse ius episcopale in illis ecclesijs,nihilo minus obti
neat episcopus:qd si p abbate faciat probatio testium,pro episco
po facit ius cōmune,qd fundat intentionē super iurib⁹ episcopa
libus.de excep.cū venerabilis.de re.do.cū venerabilis.Dicit In
no.qd quidā hic colligūt ꝙ si abbas probat se generaliter prescri
psisse in aliquibus ecclesijs ius episcopale,r econuerso si episcop⁹
vult in aliquib⁹ ecclesijs obtinere,qr interrupit,oportet quod p
bet:sed his obstat contrarium.Sol.Dicit Inn.quod si testes epi
scopi,r abbatis simul deponūt cōtraria super certis articulis,et
specifice testes epi qd eps exercuit,r testes episcopi consonantes
iuri quasi

iuri, quasi verisimiliora dicētes: arg. de pba. licet cām. ꝛ in hoc be
ne. Quod puto, vbi sunt pares, vel in modicū excedūt testes abba
tis testes episcopi, alias tāta posset esse numerositas, ꝛ dignitas,
qđ verisimilitudini pferretur: qđ arbitrio iudicātis relinquo. Si
autē testes abbatis deponūt in genere ipsum in illis locis posse
disse iura episcopalia omnia, testes aūt episcopi probēt solū eccle
siam, sita in diocesi, ex hoc nō obtinet episcopus, sed abbas: qꝛ licet
quo ad pprietatē episcopus fundet intentū ex hoc qđ probauerit
no super possessionē. de resti. spo. olim. vlti. ꝛ sic nō detrahitur prescri
ptioni, pfert autē abbas tāqꝫ vtiliter dn̄s. Et hoc nō ponit Inno.
scđm qđ nō obstāt cōtraria. Si autē testes abbatis deponāt in ge
nere abbatē possedisse iura episcopalia, episcopus aūt pbet per te
stes ecclesiā sitā in diocesi, ꝛ ipsum episcopū possedisse iura episco
palia: ꝛ sic vnus pbat in genere, ꝛ vniuersaliter, ꝛ indefinite. Inn.
dicit qđ preualet pbatio abbatis, quasi clarior sit probatio abba
tis vniuersaliter probātis, quā probatio episcopi probātis inde
finite: cum indefinita possit in oībus, ꝛ aliquibus verificari: vt no.
de elect. vt circa. lib. vi. ꝛ per Dy. in regula. s. de reg. iu. lib. vi. Quā
doqꝫ testes abbatis deponunt verisimiliter super omnis iure epi
scopali, ꝛ testes episcopi sup aliquib⁹ deponūt exercitiū iuris epi
scopalis in specie per episcopū. ꝛ in illa specie preualent testes epi
scopi in pbatione exercitij interruptionis: dicit qđ super illis ar
ticulis in specie forte sufficit pbatio per duos testes, licet per plu
res probet super vniuersali vsu abbatis, argu. s. eo. illud. Hoc pu
to verū, qꝛ pbatio vniuersalis primo satagit negatiuā: vt de cau
sa poss. cu ecclesia. Secūdo, qꝛ nō est sic determinata sicut probatio
in specie, ꝛ in illa potuit falli plus testis, quā in speciali depositio
ne respectu vnius articuli, ꝛ quia nō omnino est possibile cōtinue
pbare exercitiū, ꝛ possibile est testes abbatis plura vidisse exerci
tia, ꝛ nō oppositū exercitiū epi, quod vnico potuit fieri momento.
Dicit tamē Innocē. quod prudenter faciet examinator, si de sin
gulis capitulis episcopalis iurisdictiōis interroget sigillatim te
stes abbatis. Dicit Hostien. quod hec debet esse cautela aduocati
partis, contra quā testes producūtur. de testibus. c. ij. lib. vi. Inn.
tamen dicit quod hec sibi non placebant: ꝛ remittit de relig. domi.
constitutus. Sed nō video causam quare sibi non placeat. ꝛ no. de
relig. domi. constitutus. quia loquuntur, quando quis exercet vnū
capitulū iurisdictionis animo querendi totū, de quo cōstat, ꝛ pati
10 tur is, qui possidet: in dubio procedit, quod dicitur hic ¶ † Opp.
quod dato quod in aliquibus articulis episcopus exercuerit iu
ra episcopalia, per hoc non interrumpetur prescriptio abbatis,
qui vniuersaliter omnia possidet: nam dato quod eps exercuerit,
nō minus potuit abbas illa exercere, cū visitatio, excōmunicatio,
ꝛ similia possint esse in solidū apud plures, ꝛ sic apud archipresby
terū, archidiaconum, epm, ꝛ archiepm: ꝛ sic cū multiplicetur ius,
nō surgit contradictio in exercitijs. s. cap. j. de offic. Archi. cap. j.
de offic. archipresby. c. ij. ꝛ. iij. Sic ꝛ abbas: nā ex hoc non prescri
bet ius alterius, sed ius illi consimile. Dicit Inn. quod abbas be
ne prescribit cōtra singulos, ꝛ cōtra omnes: nam quicunqꝫ fuerit
ille, eps, vel archieps, vel quiuis alius, qui iure visitatiōis, vel ex
cōicationis, vel alio non fuerit vsus quadraginta annis, ꝛ abbas,
vel quiuis alius in ecclesiastica dignitate cōstitutus p idem tēpus
illud ius exercuerit, bene prescribit illud cōtra omnes, ꝛ singulos,
ad quos illud pertinebat. Secus si per aliquē illorū modorū fuit
prescriptio interrupta: quia tunc nō proficeret deinceps. Et dicit
hoc pbari hic, ꝛ. s. eo. cū olim. Dicit etiā quod qui aliquod ius pe
tit in ecclesijs, debet illud exprimere, ꝛ quo iure illud petit, ꝛ ex qua
causa. Ad quod no. Hosti. de elect. querelā. ꝛ. c. cōstitutus. de offi.
ordina. quāto. ꝛ. c. cōquerēte. ꝛ de li. ob. c. ij. nō clare satisfacit. Inn.
Dic ergo quod in dubio abbas non presumitur velle creare, vel
multiplicare ius, nisi aliud exprimat, sed eo respectu, quo eps, ꝛ in
illa specie iura epalia velle querere, quod pretendit ex deducendi
modo, vt hic pretēdebat: quia dicebat ecclesiam pleno iure exem
11 ptam. ¶ † Quero qualiter interrūpatur prescriptio in istis incor
poralibus. Dicit hic Inno. quod sit eodem modo, quo fit in corpo
ralibus, scilicet per litis cōtestationē, ꝛ alijs modis no. s. eo. illud.
Erit etiā in his specialis interruptio, si eps vna vice saltē fuisset
vsus his iurib⁹ ante cōpletā pscriptionē abbatis. C. de prescrip.
triginta anno. cū notissimi. Idē dicit Innoc. si phibuisset eps per
violētiā abbatē volentē exercere iurisdictionē, quā exercebat, ꝛ p
scribebat, ita qđ timore epi dimisit illā exercere: qꝛ cū possessio p
datur solo animo, fortius interrumpitur. ff. de acqui. posses. l. iij. §.
manumittendi. ꝛ. l. quēadmodum. ꝛ quia deiect⁹ videtur: qꝛ suspi
12 catus est se posse repelli. ff. de acqui. poss. si id, quod. §. si. ¶ † Que
ro quid si singulis annis debes mihi decē, ꝛ cessem petere, tollετur
ne debitū pscriptione: Dicit lex qđ nō tolletur in totū, qꝛ nō inci
pit pscriptio a tempore oblationis, sed a principio singulorū an
norū, vel tpibus, quibus debētur. C. de pscrip. triginta annorū. cū
notissimi. §. in his. Cōtrariū dicit alia lex, qđ stipulatio de aliquo
anno pstādo vnica est. de do. cau. mor. l. senatus. §. si. ff. de ver. obl. l.

Stichū aut Pāphilū. ergo si vna est, ꝛ vnā oblationē inducit, vna
pscriptione tollet. Dicit Jo. And. qđ vnica stipulatio est, ꝛ vnica
pscriptio sufficit: ꝛ sic pōt elidi exceptione pscriptionis. Sed lega
ta sunt plura: vnde tot sunt necessarie pscriptiōes, quot sunt pstā
tiones: ꝛ sic tale legatū nō perit nō vtēdo. ff. qui. mo. vsufr. amitta.
l. si vsufruct⁹ alteri⁹ anus. scđm Gof. de quo pleni⁹ in Spe. de loc. §.
nūc aliqua. versi. xlj. dic vt in. l. de pupillo. §. si pluriū. ff. de oper. no.
13 nun. p Bar. ꝛ dixi in. c. puenit. s. de cēsib⁹. ¶ † Quero qn̄ ecclesia di
catur pleno iure subiecta. Jo. An. remittit de supplen. negli. pla. c.
14 ij. de pben. de monachis. de priui. qꝛ. ¶ † Ultimo instruūt hic doc.
ꝛ Jo. An. qđ vbi accumulantur plures exceptiones, vel pbationes,
prius mandetur expediri, ꝛ expediatur illa, q in expediendo facilior est
reseruata, q hꝫ lōgiorē tractū: nā si p puilegiū apparebit exēptio,
nō est plus insistēdū in pbatione pscriptionis, ꝛ interruptiōis: cū
satis sit, monasteriū p priuilegiū exceptionē pbasse: alias circa illa
oportebit instari, vt sequitur. Ad hoc de elect. si forte. lib. vi. scđm Jo.
15 And. ¶ † Op. qđ multa hic enumerata nō sint de lege diocesana:
qꝛ nō exercitium causarum matrimonialium. ꝛ similiū. So. Dicit
gl. qđ hec lex diocesana nō sumitur stricte pro specie iuris opposi
ta legi iurisdictionis, sed in genere p potestate cōprehēdente ea, q
sunt de specie vtriusqꝫ legis, scđm gl. de quo in. d. c. dilectus. de offic.
ordi. xix. q. j. in summa. ꝛ sic verba libelli late intelligūtur pro libel
16 lante. ¶ † Opp. qđ super subiectione debeat agi cōtra subiectum,
ꝛ nō cōtra possidentē subiectionem. de elect. querelam. Gl. dicit qđ
vbi superior agit de censu prestando a subiecto, ita quod non con
tēdatur de subiectione, libellus est dictādus contra subiectū: vt in. c.
querelā, cū simil. Si agitur de iure subiectionis. gl. concludit libellū
dictandū cōtra illū, qui pretēdit subiectū, ꝛ nō cōtra subiectum.
De hac materia. s. de sen. ꝛ re iud. cū super. de ma. ꝛ obe. inter qua
tuor. vbi de hoc. Inn. hic tꝫ qđ si subiectus ab aliquo possidetur, q
non pretendit se liberum, agi potest contra vtrunqꝫ, ꝛ contra do
minum, ꝛ cōtra illū, qui tenet vt subiectus: nam subditi faciūt quo
minus possideat agens non obediendo: ꝛ sic possidere videntur iu
ra, que petuntur, vt dicitur in confessoria. ff. si vsufru. peta. l. j. in fi. ff.
si ser. ven. l. sicuti. §. sed si queratur. ꝛ. l. si qs diuturno. Cōtra possidē
tes aūt constat qđ recte agitur, vt hic, ꝛ no. de iud. examinata. Exem
plum patet hic: quia superior monasterium in istis ecclesijs ptēn
debat subiectionē, vt possidebat: ipse aūt ecclesie in se ipsis subie
ctionē nō pretendebant: qꝛ in se ipsis impossibile foret qđ haberēt
seruitutem, ꝛ superioritatem. ff. de seruit. rust. predio. si cōi. ꝛ vterqꝫ
tūc tam possidēs, quam possessus admittitur ad defendendū litē,
ꝛ ad assistēdū defendēti, ꝛ ad appellandum. s. tit. j. cū super. Et hoc
est, qꝛ non tm̄ prelatorum interest non perdere iura, que habent in
subditos, imo qnqꝫ interest subditorum dn̄os non mutare. Si aūt
subiectus, qui petit, nō pretendit se subiectum, sed se liberū ꝛ agit
contra eum tanquam possidentem libertatem suam, ꝛ defendentē:
ꝛ tūc dicit agēdū cōtra ipsum, q dicit subiectus, vt quia est in pos
sessione, vt nō teneatur ire ad concilium, vel qđ possit ordinari, vel
benedici a quo maluerit epo. s. eo. veniens. nec tunc prelatus potest
defendere, vel assistere conuenienti, vel cōuento, nec appellare, nec
17 cum eius interfuit. ij. q. vj. nō solēt. ¶ † Quid enim interest epi dio
cesani, si clericus suus vadat ad cōciliū, siue synodū alteri⁹, dūmo
do sibi nihil detrahatur: vel si peto ab eo aliquid qđ diocesanus non
pretendit suum, vel sibi debitum, nec a se teneri: sed ꝛ si de hoc agi
posset, alia via esset agendū: vt no. de app. dilectus. scđm Inn. Host.
dicit qđ non potest concipere hoc, qđ meus subditus teneatur ire
ad alterius synodū, vel qđ possit ab alio benedici, vel ordinari, vel
qđ ali⁹ possit in ipso habere aliqꝫ seruitutem, quin mihi aliqđ pre
iudicium generetur. Simile qđ no. s. de donat. inter dilectos. Sed
dictū Host. procederet, qn̄ esset alias respectu horū iuriū subiect⁹:
sed qn̄ pretendit se liberum, ꝛ procedit dictum Inn. Nisi dicatur qđ ꝛ
tūc interest epi, vt liber sit potius, quā qđ habeat dn̄um, propter
faciliorem vendicationem. Ad qđ no. s. de testi. cū satis. Puto qđ
licet posset assistere defensioni, libell⁹ esset dictandus cōtra preten
dentem se liberū. Ubi aūt dixi defensionem spectare ad vtrunqꝫ,
an snia lata contra vnum preiudicet alteri. Dicit Inn. Primo qꝫ
si snia lata est cōtra illum, ad quem primo loco spectat defensio, sen
tentia preiudicat alteri, per decre. quamuis. de sen. ꝛ re iud. ꝛ per. l.
sepe. ff. de re iud. Hosti. dicit melius dicendum econtrario per illa
iura. Ad quem aūt spectat primo loco defensio: videtur dicendum
qđ primo loco spectet defensio ad prelatum ecclesie, de cuius subie
ctione agitur, qui possidet subiectionem. Secundo ad ministrū illi⁹
ecclesie, seu eius rectorem: secus si ageretur de possessionibus eccle
sie, secundum quosdam. Alij dicunt, forte melius, scđm Inn. qđ his
casibus nō dicitur pertinere primo ad vnū, secundo ad alium: sed
plene ꝛ equaliter defensio spectat ad vtrunqꝫ. C. de libe. cau. l. prin
cipaliter. nec sententia lata preiudicat alteri ignoranti, sed sic scien
ti, per iura allega. Compositio aūt, vel transactio facta ab vno nō
preiudicat alteri, etiā scienti: argu. corū, que no. de trāsa. contingit.
¶ Nota hic vltimum quod illa decre. quamuis. nō hꝫ locū in alijs

remediis litis decisoriis.qd no.De primo aũt dic vt clarius dicã.
18 de sen.et re iud.cũ sup.¶†Opp.qd nõ possit exceptio pscribi.s.eo.
cũ nõ liceat. So.Abbas in se nõ.posset pscribere libertatẽ in mo-
nasterio suo:qr hoc esset pscribere obediẽtiã.Hoc dicit gl.verũ,ni
si super hoc allegaret priuilegiũ qualequale.de consue.cum dile-
ctus.Hoc vltimũ nõ plz:noĩe aũt alterius nõ extinguẽdo,sed alte
ri prelato acquirendo bene prescribi posset.j.eo.cũ ex officij.In ec
clesijs autẽ sibi quoquomodo subiectis bene posset pscribere ab-
bas subiectionẽ,que debet epo sibi,vt sibi acquireret,et ab epo exi-
meret.Qd quidã limitãt,sm Inno.qñ ista iura debent in capellis
alterius,q epi,vel saltẽ qñ de iuribus in capellis alteri respondet,
q sibi.de prescri.cũ olim.C.de summa tri.l.vlti.Sed hoc non tenet
Inno.qr etiam si epo debeant,et sic nõ rñdeat de his alteri,potest
abbas in capellis cõtra epm prescribere qd põt possidere,vt quar
tam decimarũ,mortuariorũ,et similia.s.e.ex trãsmissa.et c.de quar
ta.de sepultu.certificari.Abbas autem vel capelle nõ possunt pre-
scribere obedientiam,vel visitationem noĩe suo:qr in se nõ possunt
talia possidere:nemo enim sibi ipsi de necessitate,obedit,vel se ipm
visitat,et sic de similibus.ff.de arbi.l.pe.ff.ad Treb.l.ille a quo.§.
tempestiuũ.Unde requiritur qd nõ suo noĩe,sed alterius,cui exin
de rñdeat,et ei subiaceant illa prescribant.Ad hoc.j.c.j.Sed dicit
Host.qz et tũc necessarius erit titulus.Ad hoc eo.ti.c.j.lib.vj.Cõ-
clusio glo.qd in se extinguendo quis non prescribat obediẽtiã,vel
iura epalia,tenet Cal.s.eo.cum non liceat.qr tunc prescribens re-
maneret acephalus,cõtra illud.xciij.dist.nulla.xi.q.j.magnum.de
censi.ois ala.et not.de locustis.xvj.q.j.qui vere.tum qr sibi ipsi ne-
mo imperare potest.ff.ad Trebel.l.ille,a quo.§.tempestiuum.ff.de
arb.l.nã et magistratus.et cõsequenter nec se possidere,et sine posses
sione nõ currit prescriptio.s.eo.cãm.de probat.ex literis.ff.de vsu
ca.l.vltima.de reg.iur.in reg.iij.lib.vj.Placet etiã sibi qd prescri-
bere posset qd alteri sit subiectus.j.eo.cũ ex officij.Nõ ob.qd sub-
ditus non possideat,nec alleget se possidere,si dicat alium prescri-
psisse:qr sine possessione non procedit prescriptio,qñ quis illã alle-
gat ad acquisitionem rei vel iuris in re:sz bene potest allegari ad
extinguendum ius alterius cõpetens sine possessione:nã tunc non
exigitur possessio,vel quasi,sicut nec in actione personali.C.de con
sti.pecu.l.ij.et tamẽ prescribitur:et nemo eam vere possidet,nisi cui
illa vere competit:vt no.Inn.de resti.spo.in literis.et facit qd ipse
no.de causa pos.c.j.et in prescriptione obedientie vnum potest con-
siderari,scz qd inquantum dicit relationẽ duorum terminorũ,scz
precipientis,et obsequentis:et procedit quod est dictũ:qr nemo sibi
ipsi imperat:qr natura correlatiuorum est qd vnum non sit aliud.
de bap.debitũ.cũ simil.Et sic non ipse prescribere dr obedientiã,
proprie loquendo,sed libertatem.C.de prescri.que pro liber.in ru-
bro,et nigro.ff.de acqui.pos.l.iij.§.qd si seruus.ff.de libe.cau.l.vt li
beris.§.fi.et l.igitur.§.j.et de priuil.cum olim.ij.eo.ti.cum persone.
lib.vj.ff.de stip.ser.l.seruus cõis.et no.de Iude.c.ij.ff.quemadmo.
serui.amit.l.si partem.§.j.et ij.Uel dic qd eo qd dicit alium prescri
psisse,dicit aliũ possedisse,qui prescripsit:quam pscriptionem põt
allegare:qr interest sua ne mutet tot dños:vt no.C.de furt.l.ancil-
le.Per hoc dicunt dñi de Rota.sua conclusio.ccxxxiij.qd si deca-
nus,et capitulum alicuius ecclesie dicant,et dent in articulis se exẽ
ptos ab omni iurisdictione,et coercitione epi eorũ,et se esse,et fuisse
in possessiõe huius exẽptionis a tãto tpe,cuius cõrij nõ est memo-
ria,nisi dent de plato alio,qui hmõi iurisdictionẽ in eos pscripse-
rat,articuli tales nõ sunt admittẽdi:qr nullus põt se ipsum iudi-
care,vel corrigere,nec etiã possidere,et sic neq pscribere,sed ali⁹ be
ne talia in ipsis prescribit:vel ipsi possent prescribere vt alteri pla
to subsint quo ad iurisdictionẽ,et correctionẽ hmõi,prout legit,et
no.j.eo.c.cũ ex officij.et c.cum non liceat.et c.ad audientiam.secun-
dum eo.Deinde gl.colligit abbatẽ posse prescribere illa,que sunt
iura epalia,et quedã enumerat,inter que ponit auditionem causa-
rum matrimonialiũ.qd no.contra Hostien.s.de resti.spo.literas.
Dic,quedã sunt ordinis mere epalis:et talia non pscribit inferior.
de cõsue.quãto.de exces.pla.accedẽtibus.Quedã sunt ptãtis epi-
scopalis:et talia vident regulariter pscriptibilia,siue sint de lege
diocesana,siue iurisdictiõis:nã de lege diocesana ptz.s.e.c.de quar
ta.De lege iurisdictionis ptz hic.De institutione aũt,et destitu-
tione,dicit hic Inn.posse pscribi p abbatẽ,et inferiorẽ epo.Qd nõ
plz Host.in authorizabili institutiõe incorporali vel collectiua sic.
de quo de offi.archi.cũ satis.de priuil.volentes.lib.vj.ad qd de ca-
19 pel.mo.c.j.lib.vj.¶†Oppon.qd non potuerit abbas accumulare
iura priuilegij,et prescriptionis tanq contraria:quia si habebat
ex priuilegio,nõ poterat prescribere.de fide instru.inter dilectos.
Dicit gl.qd simul tales exceptiones pponere non poterat,sed de
vna poterat trãsire ad aliã.concludens regulariter posse transiri
de vna exceptione ad aliam,nisi vbi tantum oppositum reperiret,
vel vna exceptio cũ alia cõtraria possunt pponi non pure,sed sub
disiunctione.de hoc.j.eo.veniens.de verbo.signi.abbate.xxiij.dis.
qq.de hoc de re.do.dilectus.de reg.iur.nullus plurib⁹.lib.vj.gl.

in verbo,super illa.declarat casum,et factũ.Dicit Jo.an.quod hic
est intentus gl.Celestinus exemerat quedã loca,sed non expresse-
rat loca in priuilegio,vel expresserat aliqua,secuta generali clausu
la.Forte dixit sic,Loca,que tales reges donauerũt libertati,et mo
nasterio nostro,et exemerunt quo ad tẽporalia,et eximimus;a dio-
cesani ptãte.Uel sic.Tale castrũ,et reliqua loca,que tales reges,etc.
vt.s.Hoc ergo priuilegiũ solum licet probaret exceptionem quo-
rundam locorũ in genere,non tñ istorũ,de quibus agebatur in spe
cie.Incaute igit fecit aduocatus monasterij in principio nõ pro-
ducendo regalia priuilegia,sine qbus priuilegiũ istud nõ iuuabat.
Cõcor.qd no.in Spe.de loca.§.nunc aliqua.ver.lviij.in fi.Et dicit
Jo.an.se aliter practicasse similes casus.Quidam bidellus cõdu-
xit equum ad certum locum,qui mortuus est in via naturaliter,vt
dicebatur:locator petebat emendam equi,conductor probauit e-
quum mortuum sic in genere,qr probauit per illos,qui secũ erãt,
qd equus,quem equitauit,mortuus est naturaliter:dicebat loca-
tor,probasti vnum mortuũ,sed non illum,quem tibi locaui:quare
probatio non iuuat,et bene dicebat,vt hic patet.Debebat ergo sic
formasse articulos super intersignijs equi,et probare illum equum
mortuum.Simile dicit se vidisse in quodam Infortiato,qd scho-
laris debitor petebat post annum a creditore,qui dicebat se vendi
disse,quod licebat ex pacto,et probauit quod tantum dederat vnũ
Infortiatum:sed probatio non profuit:qr non probauit de illo,cu
ius intersignia in capitulis expresserat,vt.s.dixi de equo.Et hec
sunt ad informationem aduocatorum iuuenum,quos etiã instruit
decre.in alio,scz qd nõ arctent se,vel cliẽtulos hic reprobare pre-
scriptionem solum ad tempus prescriptionis necessarium,puta
xl.ann.qr si sic se arctãt.facile erit probare interim aliquid per qd
vna die,vel aliquib⁹ prescriptio dormierit,et sic rumpetur prescri
ptio.¶Moderni tamen aduocati faciũt sic articulos.Intendit
probare q possedit talem rem.xl.annis,et plus,quod tanto tpe qd
eius initij,vel cause nõ est memoria:et sic testes deponant de q re-
20 moto tpe noscunt.¶†Opp.qd interruptio quo ad vnum articu
lum se extendat ad omnia.de pen.di.j.vulgaris.ff.de duo.re.l.vlt.
Item vno articulo vtens cũ intentione querendi totũ,totũ que-
rit,et retinet.ff.de seruit.vt pomũ.Gl.dicit et qd non est ita,vt hic,
et de cap.mo.dilectus.qr lz prescribatur in vno articulo,non pre-
scribitur in alijs.Ad hoc allegat Jo.an.no.x.q.j.relata.et j.eod.cũ
olim.¶Ad que rñdet Host.qd loquunt de indiuisibilibus,et con
tiguis:hic de indiuiduis,et separatis.ff.de neg.gest.l.cũ actum.ff.
pro empto.l.qui fundum.§.si fundum.ff.de vsuca.l.rerũ mistura.
C.finium regũ.l.j.Ad hoc de preben.qr sepe.et c.ante tpe.de consec.
ecc.vel alta.aqua.de sen.excõ.si ciuitas.li.vj.Sed contra hoc est qd
no.de cap.mo.c.ij.qr sufficit qd detur contiguitas in genere,vt ap
prehensio vnius articuli extendatur ad alios eiusdẽ generis.Sed
dic illud procedere,quando possessio acquiritur voluntate possi-
dentis,vel ex certa scientia eius quis vtitur parte,vt querat to-
tum:alias in dubio presumitur quod velit querere possessionẽ ad
limites vsus,et nihil plus querit,vt hic.Item sm Jo.an.hic,con
traria procedunt,quando possessio est vacans:hic quando ab alio
possidetur:alias per possessionem huius articuli tenuisset,et acqui
siuisset possessionem totius,per iura allegata.in gloss.Sed prima
tutior est,propter ibi no.¶Oppo.quod taciturnitas prelati non
noceat successori.s.eo.nihil.Glo.remittit ad ibi not.Dic,ibi non
21 nocet pscriptiõe nõ cõpleta:sed ea cõpleta sic,vt hic.¶†Querit
gl.an nõ valenti agere currat prescriptio:Uidetur qd nõ,vt hic,
et l.j.de anna.excep.et qr vbi nulla petitio,nulla mora,vel negligen
tia.In contrariũ alleg.glo.quod currat,sed restituatur.j.de app.
Romana.Glo.respondet q regulariter ex impedimento non im
peditur cursus prescriptiõis,sed datur restitutio.Quod dicit ve-
rũ,qñ non habetur remediũ contra aliquem,cuius facto non im-
pediatur cursus:vel qñ habetur,sed non est soluendo:alias nec re
stituitur:vt.l.fi.C.de eo,per quem factum est.Fallit quãdo ius spe
cifice disponit vt non currat.Differentiam aũt an nõ currat ipso
iure,an currat,et detur restitutio,ponit glo.in fi.qr opus est restitu
tione,opz q illam petat intra quadrienniũ:quod non est necesse,
qñ nõ currit ipso iure.Idem qñ datur restitutio,sm doc.fit resti-
tutio ad tempus lesionis tñ:vt in cle.j.de resti.in integ.De primo
tamen dic vt no.de restit.in inte.ex literis.

1 ☞Prescribi non potest procuratio debita ordinario visitãti.14.
2 Uisitare potest archiepiscopus prouinciam suam iure communi.
3 Prescribi non potest ius visitandi,nec annexum ius procuran-
di.4.
5 Procurationem non exigit visitator propter necessitatem.
6 Consuetudo non tollit ius procurationis debite.
7 Solutio procurationis quando inhumaniter dicatur denegata.
8 Delegatus,ordinarius an possit procedere in re sibi delegata po
testate ordinaria,si velit.
Appellari an liceat ad delegantem,omisso medio.
9 Delegati pcessus an valeat,vbi delegatus est a nõ habẽte ptãtẽ
delegandi

delegandi.
10 Judicis non habentis iurisdictionem an valeat processus.
11 Sententia lata per non habentē iurisdictionem, si postea iudex efficiatur, an valeat.
12 Consensus superueniens an validet retro acta.
13 Tempus an sit modus inducende vel tollende obligationis.
15 Permutari an possit procuratio.
16 Procuratio an possit remitti expresse, vel tacite.
17 Excommunicare quomodo potest is, qui visitat ecclesias.
18 In visitatione ecclesiarum an archiepiscopus preferatur episcopo.

1 **Cum ex officij.** ¶ † Procuratio, q̄ debetur ordinario visitanti, prescribi non potest. h.d. Prima pars narrat factū, et allegationē reorū. Secunda ibi: Nos igitur allegationem probat, et processum, et contra eos factū seruari precipit. Tertia ibi: si quid. reseruat allegationes alias, si quas reus habet legi
2 timas. ¶ † No. j. archiepm posse visitare prouinciam de iure cōi, et a particularib⁹ locis exigere procurationem. Et sic est casus, in quo archiepūs hʒ iurisdictionē in subditos suffraganei. ¶ No. ij. sufficere negare ius exactionis his a quibus aliquid exigitur, nisi vbi ius hec specifice permittit et petentis fundat intentū. ¶ No. iij. q̄ ius soluende procurationis non est p̄scriptibile: et tunc nō sufficit
3 q̄ nō sit soluta, vel petita. ¶ † No. iiij. q̄ ius visitandi nō est p̄scriptibile, ita nec annexum ius procurādi. Et ex hoc no. q̄ vno connexorum imprescriptibili existente, et alterū efficit imprescriptibile.
4 ¶ † No. v. q̄ licet ius visitandi, et procurandi, sit imprescriptibile a subiecto extinctiue, translatiue tamen est prescriptibile, vt de vno prelato ad alterū transferatur. ¶ No. vj. arg. q̄ etiā iuriū denegatorum archiepō, que sibi iure communi debent, non pōt archiepūs exercere iurisdictionē in subiectos suffraganei, nisi aliud habeat
5 consuetudo, vel ex consuetudine. ¶ † Oppo. q̄ propter visitationē ex necessitate non possit recipere procurationē: q2 hoc non reperit iure cautū. So. Dic q̄ visitabit ex necessitate iuris, vel loci, qui visitatione egebat: nam si propter necessitatē corporis, vel propriam ibidem declinasset, nō debuisset ex hoc in eos posse iurisdictionem exercere: q2 hic non est de casibus, in quibus habeat iurisdictionem: de quibus de offi. or. pastoralis. ẜm Inn. et Hos.: sic late sulnerd' tenuissent, ẜm Inn. et Host. dicit tn̄ Inn. q̄ eo casu, quo inhumaniter archiepō suo denegaret charitatiuum subsidium, et hospitiū, et si non per archiepm, per suū tamen epm puniri deberet. Ad q̄ allegat Host. de emp. et ven. c. j. ¶ † Opp. q̄ si hoc ius
6 debebat ex cōsuetudine archiepō, vt posse tolli consuetudine opposita. de reg. iur. c. j. ff. de legi. l. de quibus. So. Dicit Inn. q̄ vniuersalis prouincia possit hoc ius p̄scribere, sʒ simplr ecclesia hoc nō posset: q2 turpis est pars, etc. viij. dist. que contra. de sponsa. duo. c. si. Uel melius, ẜm Inn. et Host. de plano fatendū p oppositā cōsuetudinem posse tolli procurationē sola' cōsuetudine introductam. Sed isti, de quo loquimur, nō solū cōsuetudine, sed iure cōi, et publico debebat: vnde nec pacto, nec consuetudine ɔtria, aut prescriptione tolli poterat. de cens. sopite. et c. cum venerabilis. et c. interdicimus. lib. vj. et not. s. eo. accedentes. ¶ Oppo. q̄ quilibet seminans spūalia non metat carnalia: als quilibet procurator posset exigere procurationē. q̄ est falsum. So. Intellige, qui semināt ex debito, ẜm Host. ¶ Opp. q̄ nō audiat super excōicatione ex altero capite: nā cū iam sit hoc discussum excōicationē iustam, nō dʒ hoc plus discuti: q2 snia transit in rem iudicatā. de re iudic. cum inter. Sol. Dicit Jo. an. q̄ audit sup procuratione nō debita, et visitatione nō faciēda, nō sup excōicatione, cū illud iam sit diffinitum et puerile, et absurdū esset q̄ snia p vnā rōnē ferat, et postea per aliam rescindat. j. ti. j. inter monasteriū. Quāuis posset dici, talē rōnem, vel ius nō impedire quo minus sententia pro aliquo, vel cōtra aliquē sit differenda. Tu dic q̄ cū hic mandet obseruari sententiam excōicationis, que nō transit in rē iudicatā, si postea ex altera causa ostēderet mādatū, lʒ nō ex eadē cā, q2 primū mādatū trāsiuit in rē iudicatā, sed nō ob. vbi cā alterat. s. ti. j. aduersario. de cā pos. c.
7 si. ¶ † Quero quō inhumaniter denegauerit. Dic forte, clausit ianuas, et hora tarda erat, et tp̄s pluuiosum. Uel ẜm Host. irrationabile, vel indiscrete, ẜm Pe. et idē de cēs. lʒ. de reli. do. q2 ɔtingit inducit Inn. decr. ibi: nō meminerit. q̄ in procuratiōe nō soluēda nō iuuat prescriptio, etiā tanti temporis, cuius initij memoria nō existat: de abbate, q p̄scripsit procurationē, seu visitationē, et p̄scriptionē cōpleta vult procurationē exigere, q̄ nō hic Host. ponit Jo. an.
8 super regula, odia. de reg. iur. lib. vj. ¶ † Ultimo inducit Inn. literam antiquā hic, que sic stabat post verbū vsq3 ad satisfactionē cōdignā, ppone bat tāq̄ authoritate rescripti, q̄ ex antiqua, etc. q̄ poterat delegat⁹ ptāte ordinaria delegatā iuuare. Et sic colligit delegatū posse procedere authoritate vtraq3, et delegata, et ordinaria. all. de cor. viti. significauit. et de p̄bē. nisi essent. quo casu dicit ab eo appellandū ad papā, nō ad patriarchā: q2 cōnexa ptāti pape ex delegatione cū ptāte metropolitica magis digna, et superior trahit ad se minus dignā, et inferiorē ptātē. de cōse. eccle. vel altar. q̄ in dubijs. de offi. dele. si duo. li. vj. ¶ Nō puto q̄ simul vtraq3 posset procedere: q2 ptās ordinaria in spe delegata est reuocata, et trāsfusa in delegatū: caret ergo ordinaria in illa quo ad principalē processum. et sicut nō cōpatit se processus ordinarij, et superioris delegātis, si procederet sic. de app. si duobus. et c. vt nostrum. et no. de ɔsti. cū M. sic nec cōpatit in eodē: q2 illū facit iure diuersum censeri, per no. de re iudi. cū olim. iura, que loquuntur in arbitraria, et iurisdictionali, q̄ nō sunt sic incōpassibiles, cū l aliqb⁹ iudex procedat vt arbiter. Puto tn̄ q̄ exequendo posset delegata iuuare ordinariā, argu. de rescri. cum contingat. de offi. dele. cū in iure. xxiij. q. v. administratores. de offi. ordi. c. j. et c. sane. Hec procedūt, qn̄ nō eligit procedere altera ex ptātibus, ad quā cogi nō potest inuitus: sed si eligit, illa authoritate vtet, vbi scienter eligit: ar. de offi. dele. significātib⁹. Posset ēt vnā eligere in vna parte, aliā in alia parte. alle. s. de arbi. innotuit. et facit de p̄ben. nisi. quo casu dicit Host. q̄ inquātū procedit ptāte delegata, nō vʒ appellatio ad ordinariā: valet tn̄ ad ordinariā appellatio, inquātū procedit ordinaria, et si ad papā, et primū ordinariū appellaret, remittit. j. de ap. si duob⁹. procedūt qn̄ hʒ i veritate duas ptātes. Sed est dubiū qd si vnā hʒ in veritate vt ordinariā, aliā nō, vt delegatā. Exēplū de offi. dele. lʒ. in cle. accedētes. de sta. mo. de reli. do. q2 cōtingit. de sup. neg. ple. q2 regulares. Quidā dicūt, q2 lʒ eligat vt protestet tātū procedere ptāte, quā habet, q̄ vʒ q̄ agit vt sic, cū adsit ptās, et volūtas, lʒ erret in specie iurisdictionis, et eligat procedere in mēte ẜm qualitatē deficiētē valebit q̄ agit: q2 principalis volūtas deficit, nec l gnāc ptās, sicut l: delictis, que regulariter a mēte iudicant, sufficit gnālis animus iniuriandi, lʒ deficiat pp̄ter errorē ptās iniuriandi in eū, cui iniuriat, et voluntas. ff. de iniur. cū. §. § iniuria. ff. ad legē Aql. l. sciētiam. ff. fami. ercis. l. cū putarem. Itē hic error, q est iuris, nō dʒ impedire verū processum. viij. di. veritate. ff. de off. presi. illicitas. §. veritas. Plus dicit q̄ si diceret, volo procedere authoritate ordinaria, valeret processus authoritate ordinaria p̄dictis rōnib⁹: et q2 protestatio est ɔtria facto, vn̄ preualet factū. de ap. solicitudinē. ad fi. de cōsti. cū M. et q2 nemo pōt a se abdicare imperiū. ff. de offi. presi. l. legatus. Recitat secūdam opi. q̄ non valet processus: q2 q̄ potuit noluit. de offi. dele. cū sup. et q2 nihil tam ɔtrium cōsensui, sicut error. ff de iuris. om. iu. l. si per errorē. Nec ob. ff. de iniur. antiqui. q2 hoc est principale, sed potestas, et authoritas, ex qua procedit, siue ordinaria, siue delegata. qua deficiēte, deficit processus: processus aūt nō est principale, sʒ si erraret in sensu legis, indulgētie, vel priuilegij, vel hmōi. ff. de re iud. l. cū pLatis. et no. de priuil. ex parte. Et hoc vltimū tenet Host. per decre. cū sup. de offic. dele. et hoc plʒ mihi. Et aliter rn̄deo ad. l. cū, qui ibi loquit in delicto relato ab animo delinquētis, q vnicus est: q licet delinquēdo erret in qualitate p̄sone, animus tn̄, et ptās iniuriādi in genere nō deficit. Perficit ergo delictum: q2 nec potestas, nec volūtas deficit delinquēdi, lʒ in alium deliquerit, q̄ putaret: et sic error erat in obiecto, nō in ptāte, vel gnāli volūtate, hic in potestate, q̄ plus inficit. Jo. remittit ad Spe. de iur. om. iud. versi. vltimo no. Nō ob. ff. de iudi. in. l. ij. §. ij. vbi si iudex, cui⁹ iurisdictio p partes est prorogata, q putat se alias habere iurisdictionē, nō ex prorogatione procedat, valet processus: q2 ibi illa, quā putabat, non erat differēs a prorogata specie, sed eadē licet prorogata: vt de officio deleg. P. et G. nō hic differebat specie. Per hoc dicit Spec. de sen. pla. §, qm̄. v. qd si dixerit. q̄ si dixit qs se delegatū vni⁹, cū esset alterius, non valet processus. alleg. ff. de eo, q pro tu. neg. gest. l. pe. Pl⁹ dicit Fred. suo cōsi. cxxv. q̄ habēs potestatē ordinariā, et delegatā, si procedit simplr, non valet processus: q2 in dubio extraordinaria potestate procedere videt, q̄ ex quo non exprimat, delegatus p̄sumitur, nisi aliud appareat. de offi. deleg. cū in iure. maxime si exprimat noie ordinarij. alleg. no. Inno. de offi. or. lʒ. in verbo, faciendis. Ad hoc de p̄ben. hi qui. ad hoc q̄ no. gl. ff. de indi. l. j. Puto cōtrariū: quia in dubio videt elegisse potestatē, per quā actus valet: vt. l. neq3. ff. de mi. testa. et vt res potius valeat. ff. de reb. dub.
9 quoties. Ad hoc gl. in. l. ij. ff. de iudi. in fi. glos. j. † Ex his deciditur quid de ordinario, qui delegatus est a nō habēte potestatē delegādi, an valeat processus ipsius. gl. in. l. j. C. qui pro sua iuris. tenet valere processum, si sciēter procedunt partes. l. j. C. de iuris. om. iud. Pe. tenet ibi cōtrariū, nisi processerit vt ordinarius, vt hic puto: q2 delegata est ibi prorogabilis ad p̄sonas: vt de officio dele. P. et G. et quia delegatio funditus deficiebat. eo. tit. significātibus. et q2 dare delegatam non pēdebat a partibus, et ordinaria non poterat prorogari ad diuersam speciē, q2 non esset prorogatio, sed mutatio. Ex quibus patet q̄ etiā si processerit vt delegatus, etiā nō valet, quō agitur: nec potuit iurisdictio delegantis prorogari in delegatum per eum vt ministrū: quia actus talis per ministrū exerceri nō potest. C. de senten. ex peri. reci. l. ij. j. de re iudi. c. fina. lib. vj. ¶ Deciditur etiam dubitatio, quid si delegans a principio delegationis non

habebat ptãtem, ꝛ postea superuenit, nunꝙ vȝ delegatio, ꝛ processus. Glo. tenet ꝙ vȝ processus vt ex nũc. alleg. ff. de indi. l. licet. de offi. pcõsul. l. obseruare. ff. de pig. act. l. si rem. §. fi. Ja. de are. dicit illud pcedere qñ iurisdictio delegantis iam erat radicata, ꝛ superuenit postea exercitiũ ex cã de preterito: qꝛ tunc validaꝛ delegatio in delegato: arg. ff. de pig. act. l. si rem. §. fi. ꝛ sic loquiꝛ. l. obseruare. alr̃ si radicata non erat a tpe delegationis, ꝛ sic iurisdictio superuenit in delegante, ex cã de presenti non conualescit iurisdictio in delegato: qꝛ nulla fuit a pncipio delegatio. Ad hoc qd dr de dominio. ff. de rei ven. l. si a Titio. Per que dicit Jaco. de are. ꝛ recitat Cy. in. d. l. j. ꝛ in. l. j. C. vbi de cri. agi opꝫ. qd si est electus tantũ, ꝛ delegauit, postea in delegante supuenit ptãs, validatur delegatio, vt ex nunc. Non plꝫ hoc Jo. an. in addi. Spec. in ti. de delega. §. excipitur. ver. quid si cõmittens: qꝛ electus nõ hꝫ habitũ ptãtis ante cõfirmationẽ, ꝛ se intromittendo iure priuareꝛ. de elec. auaritie. li. vj. Tene precedentẽ distinctionẽ, quicquid ibi sentiat Spec. qui dicit indistincte valere iudicium, superueniente ptãte, etiam vt retro.

10 ¶ †Deciditur etiã dubitatio, qd si ab initio iudex non habet iurisdictionẽ, ꝛ partes litigant ignoꝛãter coꝛam eo, postea certificantur ꝙ hic non habet iurisdictionẽ, ꝛ cõsentiũt litigare, nunquid valeat processus vt retro. Gl. dicit ꝙ sic. in. l. j. vbi de cri. agi opꝫ. l. iij. §. fi. ff. rem ra. ha. ꝛ. l. licet. ff. de indi. Hec vera dicit glo. si iudex non erat, poterat tñ fieri ex cõsensu partiũ. Secus si non poterat: qꝛ nõ valebit iudiciũ, nisi vt ex tpe ratihabitionis, vt in iuribus initium spectandũ. Hoc plꝫ Bart. ibi, qñ ex cã de preterito superuenit iurisdictio: qꝛ si venit ad casum, in quo posset esse iudex, validabitur iurisdictio vt ex nũc: si superuenit vt de pñti, nullo modo. Puto ꝙ si iudex a principio nõ habuerit iurisdictionẽ, ꝙ non validatur ex consensu superueniente retro: qꝛ acta fuerũt nulla, quoꝝ ratificatio non pendet ex cõsensu ptium: vt no. Jnn. de offi. dele. prudentiã. ꝛ hoc fine non fuit, nec esse potuit, fine etiã esse non potuit: quia nõ video dr̃iam. Et an ex cã de pñti vel preterito: qꝛ vtrobiqꝫ act⁹ fuit nullus, si nõ habebat nec habitũ, nec exercitiũ iurisdictionis. Et dr̃ia an ex cã de presenti, vel de preterito, pcedit in pcedẽti qõne, qñ supponiꝛ habitus iurisdictionis in delegante: nã delegatio pendet a cõsensu delegantis, ꝛ aliquid imprimit initiũ in delegato, qñ precessit habitus iurisdictionis, ꝛ sic recipit pendentiã. Non ob. de offi. oꝛdi. Romana. §. j. li. vj. vbi nõ valet delegatio cause appellationis anteꝙ̃ sit appellatũ: qꝛ licet in genere ibi habeat habitũ, nec habitũ, nec exercitium habet respectu huius particularis cause anteꝙ̃ appelleꝛ: merito non valet delegatio, nec cõualidatur superueniente appellatione, vt ibi. sed in. l. obseruare. habet habitum purũ distributũ ad omnes, ꝛ singulas cãs: ideo valet delegatio vt recipiat pendentiã. Quantũ aũt ad validitatẽ pcessus vt retro, supposito defectu ptãtis, cũ nõ pendeat a parte illũ validare. non video dr̃iam annexã de pñti vel de preterito, an potuerit esse sic, vel non potuit, vel deficiat ex defectu consensus, vel non: qꝛ semper processus erat nullus, ꝛ non validabiꝛ retro gestum, ꝛ valebit vt ex tpe superuenientis ptãtis lex aũt, lꝫ. ꝛ. l. iiij. §. fin. Non ob. qꝛ loquunꝛ qñ pcessus valet, saltẽ quo ad pcuratoꝛem. ff. de procura. l. Plautius. ꝛ. l. ij. ff. de re iudi. lꝫ But. tenuerit glo. qd valideꝛ, qñ iurisdictio deficit defectu consensus partiũ: vt. d. l. j. C. qui pro sua iu-

11 risdi. iud. ꝛc. †Ex his deciditur quid si quis non erat iudex delegatus tẽpoꝛe, quo iurisdictionẽ exercuit, postea habuit ratum delegãs an valeat iudicium. glo. quod nõ. ff. de iud. l. licet. qd tenet ibi Bar. per no. per Jnno. de offi. delegati. prudentiã. Glo. tetigit. de foro cõpe. significasti. vbi remisi ad glo. cõtrarias. ꝛ tenui idem qd iudiciũ nõ cõualescit. Secus dicit Bart. si deficiat iudiciũ ex defectũ cõsensus partiũ: qꝛ tunc dicit ꝙ validaꝛ superueniente consensu. Qd non plꝫ mihi, vt dixi. s. ꝛ gl. j. l. j. vbi de cri. agi opꝫ. non placet. ꝛ illo casu cõcludũt rõnes. Jnno. ꝛ hoc tꝫ Spec. in ti. de dele. §. excipiꝛ. ver. quid si cõmittens. ꝛ ver. eadẽ rõne. qꝛ qd nullũ est, ratificari non põt. de elect. auditis. qd puto. Ex his apparet quid de delegato epi, qui dixit se delegatũ archiepi, an valeat pcessus. Dic quod non, si partes hoc ignoꝛabant: vt no. Spec. in tit. de sen. pla.

12 §. qñ. ver. quid si dixerit. alleg. ff. de eo, qui p tu. nego. ge. l. pe. † Ex his ptꝫ an consensus pr̃is superueniens litigante filio validet retro acta, vel gesta. Glo. in. l. non solũ. §. necessitatem. de bo. que lib. Cy. dicit ꝙ si teneaꝛ opinio. qd requiraꝛ cõsensus patris ad integrandã psonã filij, fm opi. aliquoꝝ, qꝛ iudiciũ tũc deficit in substãtialib⁹, qꝛ non adest pars, que habeat psonã legitimam, ꝙ iudiciũ nõ validabiꝛ. l. j. C. q p sua iuris. dixi de cõsue. cũ ꝯsuetudinis. ꝛ tetigi. j. eo. significasti. s. de fo. cõp. dic vt ibi plene dixi in tex. nõ sunt

13 alia. ¶ †Venio ad gl. iij. quare fuit mala allegatio. Ex scit gl. fi. qd se fundauit super tpe, ꝛ tempus non est modus inducende vel tollende obligationis: vt. l. obligationum. §. placet. ff. de acti. ꝛ ob. argu. contra de. l. litibus. de agri. ꝛ cen. Vin. de censi. peruenit. x. iij. q. ij. peruenit. Dic qd aliã rationẽ assignat tex. qꝛ hoc ius erat im-

14 prescriptibile. ¶ †Oppo. qd procuratio possit prescribi: vt de censi. sopite. Solpt. Quidam dicunt qd si tpe visitationis nullam recipiunt procurationem, procuratio potest prescribi. Quod patet: quia ꝛ permutari potest. xj. q. iij. relatum. ergo ꝛ remitti. Sed non placet hoc gl. quia non posset episcopus expresse remittere procurationem. de censi. cum venerabilis. de dona. pastoralis. Ad hoc, quia si retinetur visitatio, per illam connexa retinetur procuratio: qꝛ quãdiu quis habet iter, ꝛ actum debet habere. ff. de serui. rusti. predio. l. iij. §. fi. Et si ager sit sterilis, ita quod nihil ex eo percipiã, nihilo minus retineo vsumfructum. ff. de vsufru. l. arboribus. §. fi.

15 fm gl. †Primũ, an pcuratio permutari possit. Sed de hoc dic hodie vt de censi. c. j. ꝛ. c. exigit. lib. vj. ꝛ. c. felicis. Per que dr Jo. An. expedita notata hic per Jnn. ꝛ Hosti. quo ad hoc. Scdo an procuratio possit remitti: dicit eam posse expresse remitti: ꝛ idem Vincẽ. nisi remittatur per vim, cum in tẽpoꝛalitate consistat, ꝛ tãgat ius priuatum, cui debetur. vij. q. j. quam periculosum, sed nõ tacite, vt hic. Visitationi autem, que consistit in vtilitate, ꝛ iure publico, illi non posset expresse renuntiare: per no. de fo. compe. si diligenti. ꝛ qꝛ non licet pacisci quod quis non aget, vel accusabit alium de delicto. ff. de pact. si vnus. §. illud. ꝛ no. de iureiuran. quemadmodum.

tantum appellare,quia iudex a quo procedit:sed contradictio ex
iusta causa,⁊ appellatio nõ tollit,vt ibi.Dic vt dicam in.c.directe.
¶ Opp.ꝙ hec decre.superfluat:qꝛ idẽ repetit in versi.finaliter. qd
dixerat in prin.dicit Inn.qd.§.locutus est in prin.qd termin⁹ fuit
ab appellante statutus,⁊ moderat⁹ a iudice.Scda,qñ nõ fuit mo-
deratus:qꝛ pars ibi statuit congruũ terminum.Uel in prima par
te termin⁹ fuit statutus ad se presentandũ,in scda ad ꝓsequendũ.
Uel loquit prima pars,qñ fuit appellatum ab interlocutoria,qꝛ di
cit,stare iudicio tuo. Secunda,qñ fuit appellatum a diffinitiua.
7 ¶ † Opp.ꝙ non deseratur appellatio lapsu termini hominis,do.
nec labatur terminus iuris:vt patet.§.eo.oblate.Sol.Quidam di
cunt ꝙ lz appellans nõ ꝓsequatur appellationẽ intra terminum
hoĩs,ꝙ p hoc nõ est rata sententia,donec sit lapsus terminus iu-
ris.Non obstat.§.eo.c.seq.⁊.c.proxi.que intelligẽda sunt de termi-
no iuris.Alij dicunt ꝙ vtroq;,vel altero termino lapso remanet
sententia rata:⁊ hoc est verius,ſm Inno.qd post terminũ vel hoĩs,
vel iuris appellationem ꝓsequi nõ potest:sed nec appellare potest
de nouo,qꝛ nec grauari potest a iudice,qui in examinatione cause
amplius nõ procedit:qꝛ nõ vltra hz quid faciat,nisi ꝙ sententiam
exequat.de offi.dele.significasti.⁊.c.in literis.ſm Inno.nisi in exe-
quendo modũ excedat,ſm Host.de quo in.c.qd ad cõsultationem.
8 ſm Host.† Sed an lapso termino ad ꝓsequendũ,si appellatus in-
tra terminũ prosequi cepit,possit appellans post terminũ ꝓsequi.
Dic qd nõ:qꝛ verũ est qd ipse nõ fuit ꝓsecut⁹.§.c.ad hoc.tz Spec.
9 e.ti.§.nũc videt.ver.sed pone.† Si statutus est terminus ad se pre-
sentandũ,an sufficiat se presentare dato ꝙ nõ prosequatur: tenet
Spec.qd sic,in ver.ibi alleg.l.cũ sit.in gl.arg.ꝙ iudex. appellatus
cũ poterit prosequi,⁊ petere confirmationẽ sententie.§. c.oblate.et
sic indirecte cõpellet appellans appellationem prosequi.de quo de
10 appella.cordi.lib.vi.⁊ de re iudi.cũ super. † Nunqd autem iudex,
ad quẽ possit abbreuiare terminũ statutum a iudice a quo.ponit
Spec.in ver.seq.⁊ residet quod nõ possit:qꝛ nõ est iudex pendente
appellatione:⁊ qꝛ appellans põt adhuc renuntiare.Recitat alios
11 dicere contra:residet in prima opi.¶ † Glos.ij.tãgit de multiplici
termino ab hoĩe statuẽdo circa appellationẽ,⁊ an possit preueniri.
12 de hoc.ij.q.vj.de offi.or.Quis.lib.vi.¶ † Querit gl.an iudex a quo
deserta appellatione prosequi possit,exigatur alia citatio. Dicit
ꝙ non,quia habetur pro citato a iure,⁊ peremptorie.§. eod.sepe.
vnde ex tunc infra lapso termino procedere poterit.Uel ſm Ho-
stiẽ.dic quod tunc procedere potest:qꝛ apparet eum contempsisse,
qꝛ tantũ tempus transiuit ꝙ apparet illum ad terminum perue-
nire posse.ff.de ver.ob.l.stipulationes.Tu dic contra,vt.§.c.repre-
hensibilis.¶ Nota ad qd de elec.cõmissa.li.vi.Illud autẽ dicit ve-
rũ Hosti.nisi ageretur de excusatione sententie,⁊ tempus quadri-
mestre non esset lapsum.ff.de re iudi.l.iiij.§.si quis.

1 ☞ Appellans,ad prosequendum hz annum,⁊ ex causa biennium.
2 Appellationis prosequende terminus qualis sit.
3 Appellationis prosequende terminum iudex ex causa abbreuiat.
4 Appellans non prosequens qua pena mulctetur.
5 Appellari potest extra iudiciũ a quocunq; grauamine.
6 Appellatio extraiudicialis non est proprie appellatio.16.
7 Appellans in criminali auditur,nisi delictum sit notorium.
8 Snia ex delicto notorio põt in absentem non citatum proferri.
9 Appellatio extraiudicialis an conueniat iudiciali.
10 Statutum loquens de appellatione non comprehendit prouoca-
tionem ad causam incipiendam.
11 Appellans ad prosequendum habet ex ratione triennium.
12 Dilationes an possit iudex abbreuiare.
13 Iudex an possit statuere terminum ad prosequendum.
14 Appellare non licet a futuro grauamine ante sententiam.
15 Appellatio ante sententiam an hodie admittatur.
17 Appellans compellitur appellationem prosequi,vel primo iudi-
cis mandato parere.
18 Snia lz absq; citatione non valeat,valet per admonitionem.
19 Citationis vim operatur iudicio admonitio.

1 **Cum sit Romana.** ¶ † Appellans ad prosequendũ
habet annum.⁊ ex causa biennium,nisi iudex modere-
tur:⁊ si intra tempus non prosequitur,rata est senten-
tia,vel redit ad primũ. Si ante sniam appellauit,qui de termino
impeditur,appellare potest,nisi sit notorium. Primo ponit ter-
minum appellationis prosequende. Secundo penam non prose-
quentis intra illud. Tertia ibi:preterea.an de crimine delatus ap
2 pellet.¶ † Nota ex prima parte terminũ iuris appellationis pro-
sequende,qui est cõis,siue a sententia appelletur,siue ante.s.ann⁹,
⁊ ex causa biennium.Et nota vt habeat bienniũ,ex parte cause exi
5 gitur ꝙ sit necessaria.Secundo ꝙ sit causa euidens.¶ † Nota iu-
dicem ex causa terminum appellationis prosequende posse abbre-
uiare moderãdo scdm distãtiam locorũ,qualitatem personarũ,⁊
4 negotij.¶ † Nota penã nõ ꝓsequentis intra terminũ iuris,vel ho
minis:qꝛ si est appellatum a diffinitiua,tanquam verũ contuma-
cem nõ audire appellantem a diffinitiua:secus si appellet a graua
mine,qꝛ audiet appellans,si nouiter grauet scdm vnũ intellectum
5 in versi.si vero.¶ † Not.ꝙ ante litis ingressum,⁊ post litis ingres
sum ante sniaʒ de iure canonico a quocũq; grauamine põt indiffe
renter appellari,sicut a diffinitiua,⁊ etiam potest extra iudicium
6 appellari.¶ † Sed nota ꝙ appellatio extraiudicialis non est pro-
7 prie appellatio,sed ad causam ꝓuocatio.¶ † Nota ꝙ in criminali
auditur appellans,nisi delictum sit notoriũ.Ex quo nota vnũ ef-
8 fectũ notorij.¶ † Nota arg.ꝙ sententia põt promulgari in absen-
9 tẽ nõ citatũ,qñ delictum est notorium. ¶ † Quero an appellatio-
nes extraiudiciales conueniãt iudicialibus. Dicunt Innoc.⁊ alij
qd fere in omnibus cõueniunt.Est tñ differentia,qꝛ in ꝓpria,⁊ stri
cta appellatione,seu locutione appellatio est,q̃ fit in iudicio,⁊ in cã
10 iam cepta prouocatio extraiudicialis.¶ † No.ꝙ ꝓpter statuta,q̃
faciunt mentionem de appellatione,non dicit prouocatio ad cãm
incipiendã:qꝛ in iudicio appellans non ꝓsequens intra terminum
assignatũ,nõ auditur amplius super eo,super quo appellauit: vt
hic,⁊.§.c.proxi.Secus in prouocatione extraiudiciali,vbi non ob-
stante lapsu termini semper ꝓuocans auditur:nõ enĩ dz impediri
quin alio iure se iuuet,ſm Inno.Host.de alijs differẽtijs remit-
tit.§.eo.bone.inquantum Inn.dicit eum semper posse ꝓsequi de-
num a tempore illati grauaminis,a quo tempore currit tẽpus in
extraiudicialibus:vt in cle.sicut appellationẽ.Post aũt computã
do a grauamine posset alia via ius suũ prosequi:sed non appella-
tionis via.qꝛ non trãsit actus extraiudicialis in rem iudicatã.Et
hanc puto fuisse mentẽ Inn.Ad hoc,de app.concertationi.lib.vj.
vt olim erat disputatio,an vbi extraiudicialr appellabat, dz ap-
pellari intra decẽ dies.quas opi.vide de ele.c.j.li.vj.⁊ p Archi.ij.q.
vj.in summa.Sz expeditũ est,siue appellet a iudice,siue a parte,ꝙ
dz appellari intra decẽ dies a die illati grauaminis.de app.cordi.
11 li.vj.lz aliter Host.distingueret.de app.vt debitus.¶ † Opp.ꝙ ne
12 dũ biennium,sed triennium.§.c.ex rõne.fatetur. ¶ † Opp.glo.iij.
ꝙ nõ abbreuiet iudex inducias legis.xxviij.di.de his.cum simili-
bus.Glo.dicit dilationes legis cum causa nõ posse:bene arbitra-
rie sunt causa intercedẽte.Fallit in duab⁹ dilationib⁹,in tpe ad ap
pellãdũ,⁊ in tpe restitutionis petẽde.Gl.allegat iura.Glo. ꝓcedit
ſm Host.inquãtum velit abbreuiare,vel elongare:sed nõ potest il
las ex toto denegare.Aliud casum addit.Host.vltra casus gl.qñ
vult abbreuiare tps semestre datũ ad redimendũ aĩal morbosum.
ff.de edi.edi.cũ seq.Uel ad cõferẽdũ beneficia. de sup.neg.prela.lz.
de cõcess.preb.c.ij.Idẽ de dieb⁹,q dantur ad accusandũ vxorẽ iure
mariti.iij.q.iiij.§.aliter.ſm Gof.Causa istorũ casuum, ſm quos-
dã est,qꝛ dat hoc tẽpus a lege,sine ministerio iudicis:⁊ idẽ in alijs
oĩb⁹ hmõi dilationib⁹,que dant a lege tm̃.Sec⁹ si dent a lege mini
sterio iudicis:qꝛ tũc possunt abbreuiari:vt no.p Cy.C.quõs qñ.iu
di.aut.qui semel.⁊ in.l.j.C.de dila.Bar.in.l.ij.C.de re iudi.tenet ⁊ in
istis casib⁹,⁊ similibus indistincte ex causa posse abbreuiari, siue det
a lege tm̃,siue a lege cũ ministerio iudicis : patet in tpe.statuto ad
ꝓponẽdas exceptiones,vt dicit Dy.in regula,indultũ.de reg.iur.
li.vj.in tẽpore dato ad petẽdũ,⁊ finiẽdã restitutionem.ff.de mino.l.
intra vtile.ſm vnã lec.Patet in tẽpore dato ad adeũdã hereditа-
tẽ.ff.de here.insti.si quis institut.ff.de acqui.here.l.quãdiu. Opor
tet tñ ꝙ adsit causa legitima:inter ceteras legitima cã,ſm Bart.
cõsuetudo fori,vt no.in aut.qui semel.C.quõ,⁊ qñ iud.Ad qd.l.iij.
in fi.ff.de testi.si iurisdictio erat modico tpe duratura.de offi.dele-
ga.cõsuluit.C.vt oẽs tã ciui.q̃ milita.l.j.⁊ no.de offi.deleg.de cau-
sis.⁊.§.c.sup.eo.Si causa est modice quãtitatis.in aut.nisi breuio-
res.C.de sen.Itẽ si res est tpe peritura:vt si est questio de retracta
tu tpali.Ad hoc.l.j.ff.de glan.legen.⁊ de iudi.c.fi.Itẽ si causa est,in
qua exigit deliberatio,⁊ consiliũ.de dila.exposuit.causa hic est elõ-
gãdi,⁊ ex qualitat- cause,vt si cã est de equo,q datis dilationib⁹ se
comederet totũ.l.mediterranee.C.de anno.⁊ trib.li.x.Itẽ in causa
alimẽtoꝝ,ne pereat quis fame.De hoc in Spe.de cita.§.sequitur.
ver.qñ citatio fit per partẽ.de act.⁊ peti.§.sup petitionib⁹. ver.itẽ
13 videt.¶ † Quero an iudex possit statuere terminũ ad ꝓsequẽdũ,⁊
finiẽdũ.Gl.alleg.p ⁊ cõtra cõcludit ꝙ ad finiẽdũ nõ possit:⁊ si sta-
tuat,habebit annũ,vel ex cã bienniũ:quasi cũ valeat statuitio, velit
statuere ad se pñtãdũ,vel ad ꝓsequẽdũ,qd itelligit.i.ad incipiẽdũ
ꝓsequi bene põt,vt hic.⁊ hoc,propter appellationẽ,que multoties
frustratorie interponit.Nã statuto termino remanet termin⁹ ho-
minis,vel iuris,reassumit iudex a quo offm exequẽdo,vel ꝓsequẽ-
do ſz diuersitatẽ appellatiõis,an a diffinitiua,vel interlocutoria.
14 Host.remittit ad summã,eo.ti.§.intra que tpa.¶ † Opp.ꝙ nõ ad
mittit appellatio indifferẽter añ sniam.C.quo.app.nõ reci.l. ante
snie.vt pz.ij.q.vj.nõ ita.Sol.ſm leges regtr nõ admittitur: sed sic

15 ſm canones,vt hic.¶†Opp.qd non admittantur applones ante
ſniam paſſim:vt.j.eo.vt debit⁹.Dic qd admittũt paſſim.i.nullo
grauamine expreſſo,ſm iura antiqua.Hodie nãq; opʒ qd cauſa le
gitima allegeť,ꝛ exprimať:vt in ẽtio.Uel ſcdo paſſim.i.ſiue in iudi
cio,ſiue extra,ita tñ ꝙ ſi appellat in iudicio,cauſas exprimat:ſi ex
tra iudiciũ,ꝛ a iudice,opʒ cãs exprimere,vel pbabiles cõiecturas.
j.eo.bone.Et ſi appelleť,nulla cã reqriť,ſm Hoſti.ſic dicit intelli
16 gẽdũ decre.cordi.li.vj.idẽ gl.de app.cordi.li.vj.¶†Querit gl.qua
re nõ dr applo:qꝛ applo nõ ſit,niſi a iudice,ꝛ ab iniqua ſnia.Et di
cit gl.qd loqtur de applonibus,quas quidam faciunt,cum dicunt
Appello te ad curiã:vł,mihi facias iuſticiã.Sed dicit qd p hoc nõ
teneť ire.De hoc modo citandi hř.ff.de no.ope.nũ.l.de pupillo.§.
ſi qs ipſi pretori.ꝛ vide in Spe.de cita.§.ſequitur.ver.itẽ quãq; cita
tio ſit per partẽ.ꝛ de act.ꝛ peti.§.ſuper petitorio.verſi.itẽ videtur.
in prin.vij.col.An citatio poſſit cõmitti parti,habetur ibi.ꝛ.ff.de
acqui.poſ.l.iuſte.per Bar.Sed an pars poſſit citari ꝓpria autho
ritate,ſm formam,de qua procedit;dicit gl.qd loquiť de appella
tionibus,que ſiũt extra iudicium ab aduerſario,ne aliquid ſiat in
preiudicium appellantis,ſuper eo,in quo appellat:ꝛ tales appella
tiones ſunt quaſi prouocationes ad cauſam:ꝛ talibus appellatio
nibus eſt deferendum.j.eo.bone.Et dicit gl.ꝙ clerici in electioni
bus frequenter illas interponunt,ꝛ ꝓ alijs negotijs eccleſie.de
his,que ſi.a ma.par.ca.c.j.De eorũ effectu no.j.eo.nõ ſolũ.lib.vj.ꝛ
j.eo.bone.¶Opp.qd litera ſuperfluat,in ver.ſi vero.ꝛ ver.ſinaũt
Gl.dicit quod ver.ſi vero.loquiť de appellatione interpoſita ante
litis ingreſſum.ver.ſi autem.loquitur de interpoſita poſt litis in
greſſum ante ſententiam.Hec eſt vera habendo literam ad quem:
alias habetur a quo noſcitur appellaſſe,ꝛ referť ad principiũ,vt
deſerta appellatione debeat ſtare iudicio iudicis a quo:ꝛ cõtinua
tur ad principium aduerſando,qñ deſeritur appellatio a diffiniti
ua,hic qñ deſeritur ab interlocutoria.Media autem pars in ver.
ſi vero.loquitur de applone an ſit admittenda ab interlocutoria,
17 vel grauamine ante ſniam,vel litis ingreſſum.¶†Opp.gl.qd nõ
compellatur proſequi appellationem.j.eo.conſuluit.ꝛ.c.ſepe.Sol.
Cõpellitur alternatiue,vt aut proſequatur,aut pareat primo iu
dici:ꝛ reſpicit ſecundo ſm Jo.And.hic gl.literã,ad quã.¶Opp.
qd in manifeſtis audiatur appellans.j.eo.peruenit.So.Intellige
18 quod in manifeſtis.i.notorijs.¶†Opp.qd non valeat ſnia in ab
ſentem abſq; citatione.de conſti.eccleſia.So.Non fuit requiſitus
per edictum peremptorium,ſed bene per admonitionem vt ſe cor
rigeret,ꝛ quia fuit incorrigibilis,ꝛ notorium quod erat excommu
19 nicatus.¶†Nota quod iudicis admonitio ſufficit pro citatione,
etiam ſi ſiat per viam denuntiationis Euangelice.Sed non pla
cet hoc:quia oportet quod ſpecialiter citetur ad ſententiam:moni
tio ſit ad alium ſinem,quando ſit vt corrigatur.Uel dic quod fuit
requiſitus illa vice,alias tamen eum requiſierat.Uel dic quod re
quiſiuit eum,non per ſe,ſed per diſcipulum Apollinem.Hoc vlti
mum tenet Hoſtien.quod fuerit requiſitus.alias dicit notorius
quo ad ſatiſfactionem,vel reſtitutionem faciendam,abſens ꝛ req
ſitus poſſit condemnari,non tamen excõmunicabitur,niſi moni
tione premiſſa.j.de ſenten.excom.ſacro.nec hodie ſine ſcriptis.eo.
titu.c.j.lib.vj.ideo neceſſe eſt ꝙ ſuppletionem legi:vt dixit gl.Re
citat alios dicere nullum abſentem,ꝙꝙ notorium,condemnandũ
niſi ſit contumax.iij.q.ix.per totum.C.quomodo,ꝛ quando iu.ca.
que.ff.que ſenten.ſine ap.re.l.j.§.item cum ex eo edicto.de quo de
iureiur.ad noſtram.ij.Et hoc dicit Hoſtien.iuſtius,ꝛ tutius;ꝛ qꝛ
multi dicuntur notorij,qui non ſunt.j.eo.conſuluit.j.tum quia ꝛ ſi
notorius ſit,quandoq; habet legitimas defenſiones,que ſunt ad
mittende.de offi.dele.ex parte.ij.de reſt.ſpo.literas.ad ſi.tum quia
omnis condẽnatio maxime nimis accelerata odioſa.ff.de actio.et
obli.l.Arrianus.ẽ.tit.proxi.c.ſi.ꝛ.c.cum Bertoldus.Idem Lan,
ꝛ Innocẽ.ꝛ ſic no.in.c.noſtra tamen exigitur in notorijs ſolẽnitas
trium citationum,nec etiam peremptorij.Ad quod cle.ſi.de verb.
ſignific.in cle.Idem no.Arch.xij.q.ij.indigne.ꝛ.xxiiij.q.iij.de ſilli
cita.ꝛ Jo.xxiiij.q.j.ecce.

1 ☞Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo in cauſa,
ſuper qua pendet appellatio.
2 Iudex poteſt recuſari eo ꝙ ab eo eſt appellatũ,ꝛ ob id grauauit.
3 Iudex recuſari tanꝙ ſuſpectus non poteſt,eo quod me grauauit
pendente cauſa appellationis.
4 Appellans licet non audiatur vt contumax appellatione deſerta
non tamen ſemper procedit talis contumacia in proſequendo.

1 AD hec.¶†Appellatio ſuſpendit iuriſdictionẽ
iudicis a quo ſolũ in cauſa,ſup qua pen
det appellatio,non in alia ſeparata;poteſt tamen recu
ſari.hoc dicit.Non diuiditur.¶Not.primo quod dixi
in ſummario.¶Ex quo nota quod iudex a quo,ꝛ in cauſa ciuili,ꝛ
criminali,ꝛ que habuit ortum ante appellationem,poteſt adiri cõ
2 tra appellantem niſi recuſetur.†Et nota vnam legitimam cau
ſam recuſandi quem,eo ſcilicet quod eſt ab eo appellatũ,ꝛ graua
uit,quod mihi ſit ſuſpectus eſt,ſi ſemel me grauauit,iam enim
facto oſtendit quod me non diligit,ꝛ ſic ſuſpectus eſt.de accuſ.in
quiſitionis.Et quod hec procedunt,ſiue ſit ordinarius,ſiue dele
3 gatus.¶†Nota quod non poſſit eum recuſare propter ſolam pen
dentiam appellationis:vt patet.ff.apud eum,a quo.l.vna.Solu.
Aliud ſecundum leges,vt ibi:aliud ſecundum canones,vt hic:
quo caſu ſi accuſatur de alio crimine manifeſto,non poteſt recuſa
re,ſicut non poſſet appellare:ſed ſi accuſatur,vel agitur de iure
non manifeſto,poterit recuſari,ꝛ appellari,vt hic.Alij dicunt ꝙ
lex loquitur in delegato,hic in ordinario.hic eſt contra textus ibi;
maxime.Alij econuerſo quod iſta in delegato,illa in ordinario,
ꝛ.ẽ.eod.accepta.Ad hoc.j.c.ſepe.ꝛ.c.paſtoralis.§.penulti.de offi.
deleg.Hoſtien.dicit.Quod lex loquitur quod iudex non recepit
appellationem.Uel dic quod poteſt recuſari ex alia cauſa,non ex
hoc ſolo quod pendeat appellatio.Uel loquitur ſecundum anti
qua tempora,ſecundum que ſine cauſa poterit recuſari,ſicut po
terit appellari.j.eo.ſuper eo.Dicit Joan.And.quod ex ſola pen
dentia appellationis non poteſt quis excuſari:alias eſſet in fa
cultate appellantis ſibi creare cauſam recuſandi forte appellando
ex friuola cauſa:quod non eſt dicendum:ſed bene poteſt ipſum re
cuſare propter realitatem grauaminis:et oportebit quod coram
arbitris electis non ſolum probet pendentiam appellationis,ſed
etiam grauamen,et oportebit quod cauſam recuſationis fundet
ſuper grauamine.Item oportebit quod probetur grauamen ex
re,mente iudicis ceſſante in grauando:vt not.j.eod.ex parte.
Sic debet intelligi Specu.in titu.de leg.§.ſupereſt.item ſi ab eo.
Et dicit Joan.And.quod per hoc non releuabitur a probatio
ne grauaminis coram iudice appellantis:quia probatio graua
minis ſuper recuſatione producebatur ad alium ſinem.de teſti.
veniens.ij.de reſti.ſpo.ſolicite.de ſenten.excommu.licet.libro.vi.
vbi nota.Dicit tamen quod ſi ſit contumax in appellatione pro
ſequenda.non poterit recuſare:quia ſicut verus contumax nõ ap
pellat,ſic nec recuſat.quod not.alleg.j.eod.ſuper eod.ij.ſecundum
4 Lan.ꝛ Uincẽ.¶†Nota ꝙ deſertor appellationis vt verus cõtu
max non auditur appellans,nec etiam auditur recuſans:ſed certe
non ſemper contumacia in non proſequendo repellit ab appellan
do,vt dicam.j.eod.directe.vnde vbi poteſt appellare,non tollitur
recuſatio,ſi probetur grauamen:ꝛ poterit ad alium ſinem graua
men oſtendere,licet non poſſet proſequi appellationem argumen.
de ſenten.excommuni.licet.lib.vj.

1 ☞Appellare poterit vtraq; pars grauata ſup eodem negotio.
2 Iuriſdictio ſuperioris quando abſorbeat iuriſdictionem infe
rioris.
3 Iuriſdictionis ſtante dubio tenetur citatus comparere.
4 Citati non comparentis taciturnitas non reddit geſtum nullum.
5 Appellari an poſſit ab eodem ad diuerſos alternatiue.
6 Appellationis iudex quando ſit eligendus per appellantem.
7 Taciturnitas nocet appellanti,non nocet ius ſuum proſequenti.
8 Iudicis competentis proceſſus valet in abſentem citatum.
9 Appellare non licet omiſſo medio ad papam,ſecundum leges.
10 Appellatione legitima emiſſa,valet ſententia propter contuma
ciam appellantis non comparentis.
11 Citatus a iudice,quem ſciebat iuriſdictionem non habere,ꝛ iudex
etiam ſciebat,an teneatur comparere.

SI duobus.¶Superior,ad quẽ tuus ad
uerſarius appellauit,ſi ignorat
te ſup eadẽ cã ad ſedẽ apoſtolicã appellaſſe,te corã ipſo
cõparere nolentẽ poterit excõicare.h.d.primũ.Secun
da dicit ꝙ de ciuili iudice,q non ſit de tpali iuriſdictione eccłie nõ
1 appellať ad papã.Scda ibi:deniq;.¶†Nota ꝙ ſup eodẽ negotio
vtraq; pars grauata poterit appellare,ꝛ poſſunt ad diuerſos iu
2 dices appellare,ꝛ tenet appellatio.¶†Nota ſcdo ꝙ vbi appella
tio interponiť ad diuerſos iudices a diuerſa parte ſup eodẽ nego
tio,quorũ vn⁹ eſt ſuperior,alter inferior,ſuperioris iuriſdictio ab
ſorbet inferioris iuriſdictionẽ,ꝛ annullat geſta inferioris a die ſciẽ
tie.¶Nota tertio ꝙ de eadẽ põt agi corã inferiori iudice,queſtiõe
vertẽte corã ſuperiore:ꝛ valet qd agiť interim ignorãtia durante,
3 ſaltem quo ad ꝓceſſum extraordinariũ.¶†Nota ꝙ ſtãte dubio iu
riſdictionis teneť citatus cõparere,ſi nõ cõparet,eſt cõtumax,vʒ
proceſſus cõtra eũ cõtumacie punitiuus.Ad hoc qd no.Inno.de
dila.preterea.Quid de proceſſu principali,habeť ibi,ꝛ dicã aliqd.
j.Et nota ꝙ vbi eſt certum iudici eũ iuriſdictionẽ non habere,nõ
valet proceſſus in abſentẽ propter allegationem iuriſdictionis et
contumacie punitiuus:ꝛ certum eſſe,vel non eſſe ſolum ponde
rat per reſpectum ad iudicem,ꝛ non per reſpectum ad partem.
4 ¶†No.ꝙ taciturnitas,vel dolus partis in iure aduerſarij abſen
tis non reddit geſtum nullũ,qñ id,qd ſit in abſentẽ,cauſať miſtim
a culpa

a culpa sua: q; nõ venit allegaturus iura sua, vel priuilegiũ suum.
5 vide Inn. de dila. preterea. ¶ †Nolo. q valet appellatio ad diuersos
a diuersis an ab eodẽ ad diuersos alternatiue possit interponi: vt
appello ad istũ, vel ad illũ iudicẽ: vide per dños de Rota, sua con-
clu. xxiiij. & in Spe. de app. §. nunc tractamus. ver. sed pone. ¶ No.
q lз taciturnitas noceat appellãti, nõ tñ nocet ius suũ ꝓsequenti:
6 q; quis nõ arctaƚ ad allegãdum ĩ se. de pba. c. j. ¶ †Opp. q nõ sit
possibile vno appellãte aliũ posse eligere iudicẽ, q; appellanti cõ-
petit appellãdo eligere, nõ appellato. Dicit Inn. qõ hec decre. lo-
quiƚ, qñ ex snia vterq; litigantiũ reputat se grauatũ: nõ enĩ gra-
to appellante ad archiepm, lз nõ grauato ad aliũ, & ad papã, dicẽ-
do Ego volo appellare ad papã: vel de ea agaƚ corã papa: q; non
appellati, sed appellantis est eligere iudicẽ appellationis: nisi dica
mus hoc ꝑcedere scd̃m iura antiqua, scd̃m que lз, & licebat appel-
lare ad papã sine eã. ij. q. vj. ad Romanã. ẜm Inn. Et puto q ho-
die non ꝑcedat qõ hic, qñ grauanƚ in diuersis articulis: q; cuiusli
bet appellatio deuolueret ad suũ, qñ ab eadem: vt q; petebaƚ fun-
7 dus, & fuit dãnatus in dimidia fundi, & qlibet appellauit. ¶ †Op.
q taciturnitas iuris aduersarij impediat ꝓcessum in absentẽ, ita
qõ non valeat. ff. de iudi. si pretor. §. Marcellus. de re iudi. cũ Ber
tholdus. Dicit Inn. in c. fi. de accu. qõ decre. debet intelligi quan-
do tacuit appellatũ ad papã, sed non dolose: alias nõ valuisset qõ
actũ est. Idem no. de dila. preterea. vbi dicit q missio facta dolo p̃-
sentis contra absentẽ nõ tenet: & si opponit de culpa, replicabitur
de dolo. Vel dic quod processus punitiuus contumacie non impe-
ditur, vt hic: q; ille surgit immediate ex culpa contumacie, que nõ
tollitur per dolum presentis: q; hic debuisset ire allegaturus priui
legiũ: sed alius processus in principali bene est nullus, quia nõ ꝓ-
mulgatur immediate ex culpa, sed propter iustitiam, que dolose
tacita per presentem reddit processum nullum: q; super falsa iusti-
8 tia reperitur processus fundatus. ¶ †Oppo. q non valeat proces-
sus inferioris iudicis appellatione interposita ad superiorem: q;
per hoc est extincta iurisdictio inferioris. de restitu. spo. audita. §.
eo. vt nostrum. not. de constitu. cum. M. Dic, si agitur de processu
ordinario, ex quo contumacia punitur, si iudex & pars ignorat ad
superiorem appellatum, & ignorantia est legitima, valet processus:
& imputet sibi, qui non venit allegaturus priuilegium. ff. de iudic.
si quis ex aliena. Si iudex & pars scirent, non valeret etiam proces-
sus contumacie punitiuus: vt. iij. q. ij. si episcopus. Et ptз ex not.
de rescrip. super literis. & de accusa. veniens. & de appel. Romana.
lib. vj. & de offi. delega. prudentiam. Unde dicit hic Host. & dat pro
regula, quod si iudex sciat se non esse iudicem, vel se non debere ꝓ-
cedere, non valebit processus: vt. ff. si quis in ius vo. non ie. l. ij. & qõ
not. supra tit. j. ad probandum in istis duobus casibus. Idem si a-
gitur de processu principali, dum tamen status litis hoc patiatur:
q; si ignorat vterq;, valet ꝓcessus: si scit vterq;, non valet proces-
sus. Ad hoc quod not. de dila. preterea. & in regula, scienti. de reg.
iur. lib. vj. & dixi de rescrip. super literis. Aduerte tamen qõ illud,
qõ dixit Host. non est simpliciter verum: q; non procederet nisi ha
bitu haberet iurisdictionem, lз obstaret exceptio, per no. c. cum su-
per. de offi. dele. & dixi in. d. c. super literis. & d. c. preterea. Si proce-
dit vterq;, & parte ignorante ignorantia iuris, & sic non probabili,
adhuc non valet processus, secundum Host. hic. Unde dicit quod
in casu, in quo eius frustratoria defert negotium ad papam, sicut
patet in casibus sedi apostolice reseruatis: quod dic vt nota. infra
eod. vt debitus. processus habitus per inferiorem non valeret. Al
legat de accusa. dilectus. Et hoc, q; in illis casibus inferior nullo
modo est iudex in aliquibus: & si iudex sit, statim interposita appel
latione desinit esse iudex, vt ibi no. & processus coram non suo iudi
ce habitus est nullus. de iudi. at si clerici. Oportet tamen quod ap
pellatio perueniat ad partem, vel ad iudicem: vt not. de procur. au
ditis. & c. mandato. maxime cum nemo appellet, nisi a iudice, vel a
parte, nisi vbi iustus metus excusat. de quo no. plene de cri. fal. c. fi.
Hoc sane intellige, ne obstet predictis, quando iudex deficit in iu-
risdictione, hoc sciente parte, vel ignorãte iudice probabiliter. Di
cit hic Inno. quosdam dicere q hic mero iure tenet excõicationis
processus: & multa imposita contumaci: vt hic in terminis nostris:
fatetur quod in casu nostro de facili retractabitur coram iudice ap
pellationis: hoc certificato recitat alios contra quod non retracta
bitur: quia si is, contra quem lata est sentẽtia, petat illam retracta
ri, oportet eũ causam assignare: & si assignat dicens, tu sciebas qõ
superiorem appellaueram, coram quo prosequi poteram: nisi op-
poneres quam preferantur tua, si illam prosequi cepisses, vel hoc
coram archiepiscopo allegasses, scd̃m Inno. ad hoc scd̃m Hostiẽ.
quia tacendo videtur sue appellationi renuntiare. infra eod. solici
tudinem. §. fina. nec est quid imputari possit archiepiscopo igno-
ranti qui si sciret, nec tacite deberet, nec procedere absq; consensu
partium: cum ex quo hoc non nouit, iurisdictionem ad papã sciat
esse deuolutam: vnde non teneret citatio, & consequenter nec sentẽ
tia. argu. C. de sta. defunc. l. vlti. & etiam dixi. S. ẜm Inn. non obstat
qõ no. in. c. cũ. M. de consti. vbi no. q si eodẽ instanti procederet co
ram superiore & inferiore. nõ vз processus inferioris. Vel q hic di
citur, procedit qñ nondũ incohoatus est processus coram superiore,
lз sit appellatũ: ibi quando est incohoatus. Vel q ibi dicit, tempera
tur per istam decre. qñ inferior iudex hoc sciuit: secus si ignorauit.
Ad hoc de resti. spo. audita. Hec oĩa ꝑcedũt, qñ agitur de processu
punitiuo contumacie, qñ de principali in casu scientie iudicis & ꝑ
tis, idem ꝑ omnia in casu ignorantie improbabilis. Dicit hic In-
no. q si nil opponatur, valet ꝑcessus in principali coram inferiore,
si hoc patiatur status cause, vt q; sit lis cõtestata, vel simus in casi
bus, vbi lis nõ contestaƚ. Si non posset ꝑcedi, q; lis nõ sit cõtesta-
ta, sicut qõ dr̃. j. eo. per tuas. & est causa validitatis processus probe
bilis: nãq; ignorãtia facit valere in his, q̃ sunt publici iuris: alias
non valerent. ff. de offi. pto. l. Barbari⁹. C. de testa. l. j. Scd̃m quos-
dã melior est ratio: q; cũ ordinari⁹ sit in cã appellationis, & in alijs
suis casibus mero iure tз qõ ab eo sit, nisi per appellationem, vel
recusationẽ iurisdictio suspendaƚ. j. e. solicitudinem: & sic opus est
exceptionis obiectu. Et ꝑ hoc nõ obstat, si dicaƚ non valere proces
sum in principali, q; funditus caret iurisdictione, nisi antea se fa-
ciat iudicẽ ꝓnunciando: vt no. de dila. preterea. q; vel dicendũ qõ
hic non deficit funditus in iurisdictione, vel si deficit, hoc nõ defi-
cit nisi a tpe scientie. qõ patet, q; post scientiã nõ valet processus.
Secus si deficeret ipso iure: q; non valet propter probabilem dubi
tationẽ iudicis, sciente, vel ignorante etiam parte: hec procedit, qñ
nihil opponit appellans ad papã. Si ergo aliquid opponit post-
ea veniens qñcunq; pendente iudicio, impedit processum secundũ
quosdam, quia tetigit defectum iurisdictiõis. Recitat Inn. alios
dicere, & hoc ipse prosequitur, quando non auditur opponẽs quod
postq̃ alter incepit ꝓsequi litem appellationis coram archiepisco
po, qui ad eum appellauit, contumace existente, qui ad papã ap-
pellauit: nam si postea veniat, non auditur impedire volens pro-
cessum, dicendo se appellasse ad papã: quia hec est declaratoria, q̃
debuit opponi ante litis cõtestationẽ: & lз hic nõ sit lis ꝯtestata in
absentẽ nõ admittiƚ, nisi quousq; admitteretƚ si fuisset presens: q;
actus inceptionis habetur pro contestatione, sicut haberetƚ si pre-
sens fuisset: q; qui abest cõtumaciter, habeƚ pro presente. in aut. vt
omnes obe. iu. prouin. §. sin autem, de dila. preterea. & no. de elec. c. j.
lib. vj. in verbo, absentia. Idem ad literam dicit de dila. preterea.
Primũ dictum puto verum, quando funditus non habet iurisdi-
ctionem. Secundũ procedit, quãdo habet, sed elidibilem exceptio-
nem: & quo ad casum nostrum procedit primum tenendo opi. q ar
chiepũs funditus non habeat: & ꝑcedit secundũ, quando tenet opi.
quod habet, sed elidibilem, vt hic: quia exceptio reddens iudicium
nullum opponitur quandocunq;. de excep. pia. lib. vj. Tertio casu
quando iudex ignorat aduersario sciente, an ꝑcessus valeat in ꝑn-
cipali. Innoc. dicit quod valet. Nec obstat quod debet aduersario
nocere scientia sua: quia scientia ipsius compensari debet cũ scien-
tia alterius appellantis ad papam, sicut & delictũ cum delicto. de
adulte. c. pen. & fi. & dolus cum dolo. ff. de dolo. si duo. & culpa cũ cul-
pa. ff. de compen. si ambo. Item cum vterq; litigantium sibi inui-
cem aduersenƚ, non tenetur vna pars ius alterius partis ꝓ ipsa
contra se allegare: vt no. de proba. c. j. licet iudex non debeat admit
tere petitionem appellantis, si veritatem nouit. Ex his inferƚ qõ
si vna pars vadat ad superiorem, vbi appellatũ est, & scienter dicat
false se appellasse, vel dolo taceat appellationi, quã fecerat, renun-
tiasse, & ideo iudex hoc ignorans procedat ad sententiã, an teneat.
Quidã dicũt quod totum erit, quicquid egit, reuocandum vel cõ-
dictione sine causa, vel per restitutionẽ in integrũ ex gñali clausu-
la, vel ꝑ querelã falsi. ff. de iudi. si pretor. & no. de resti. in inte. ex lite-
ris. & de excep. cũ venerabilis. Io. An. remittit de rescrip. sup lite-
ris. post Cõpo. post gl. ibi Cõpo. tenet q valet etiã, nec queretur
postea an fuerit appellatũ, an non: q; ratione tituli iudex habuit
iurisdictionẽ, lз potuisset per exceptionẽ elidi. Sic dicit Compo. se
obtinuisse. Nec obstat qõ hic no. Inn. q; intelligit qñ non fuit legi
time citatus: vel loquiƚ hic qñ pars dolose dicebat, cũ sciret appel
latũ nõ esse. Et hanc q̃stionẽ & solutionẽ ponit ad literã. Archi. de
app. Romana. li. vj. §. si vero. & Gul. in Spe. de cita. §. j. v. itẽ pone.
Dixi alias q si iudex hз iurisdictionẽ, lз exceptionem elidibilem,
Cõpo. dicit verũ. Idẽ si nullã habet, si ius dat eam, vel conseruat
habitã pendente dubio principali, vt hic, & patet de resti. spo. audi
ta. Sed si nullũ funditus, ita demũ valet ꝑcessus, si tacite vel exp̃s-
se pronuntiat se competentem. Expresse est planũ: tacite, quando
contra eum opponitur exceptio, & ipse illa reiecta, vel non admissa
procedit ad vlteriora: sed si in absentem pronuntiet, tunc non va-
let ꝑcessus in principali, licet valeret in incidẽti, an sit iudex, & quo
ad puniendam contumaciam, vt nota Innocen. de dila. preterea.
Et sic debet intelligi & limitari cle. si appellationem. de appella. in
cle. que facit cõtra Cõpo. Domini de Rota, sua cõclusi. lxxxiij. di
cunt stylũ curie habere qõ pronuntiat, per quam pronuntiaƚ cãm
fore deuolutã & allegat dictũ Io. Mo. in regla, l gñali. de reg. iur.

lib.vj.Nescio de stylo,hoc est iuris qd dixi,vbi est stylus,serua sty-
lum.Per hanc decre.dicunt Pe.⁊ Abb.qd parum iuuant appel
lationes,quas aliqui timentes processum ordinariorum faciūt co-
ram testibus,etiam occulte:quia ex quo ignorant,valet processus
ipsorum:⁊ hoc,si certificari potuerit,alias secus.de quo.j. eodem.
suggestum.¶†Oppo.ꝙ omisso medio non appelletur ad papā
9 sicut nec ad principem.ff.de appel.Imperatores.Sol.Aliud secū
dum leges secundum gloss.Gloss.ij.declarat dupliciter terminos
tex.⁊ vlti.est Can.¶†Oppo.ꝙ non valeat sententia post legiti-
10 mam appellationem.de app.per tuas.Gloss.dicit quod hic tenet
propter contumaciam istius non comparentis.Uel dic ꝙ non te-
netur lata ab eo,a quo est appellatum.de accu. veniens.in gloss.fi.
11 ¶†Querit glo.an citatus a iudice,quem sciebat iurisdictionem
non habere,⁊ iudex etiam sciebat,teneatur comparere.Gl.dicit ꝙ
non:⁊ nō tenet sententia si eam ꝓmulget:qꝛ si scit,⁊c.Ad hoc de re
gu.iur.eum,qui certus.lib.vj.no.glo.pro his,que dixi sup literā.⁊
vide glo.de accu.veniens.in gl.ij.⁊ vide de rescrip.super literis.in
glo.⁊ vide de offi.delega.prudentiam.iij.q.ij.si episcopus.An hec
decre.procedat,si appelletur ad superiorem,vel ad legatum.Ho-
stien.dicit quod sic.allegat de offic.leg.c.j.⁊ in Specu. de appel.§.
nunc tractemus.versi.quid si a sententia.

1 ☞ Appellari non potest ante ⁊ post sententiam, vbi grauatur
quis de iure canonico.
2 Iudex in terris ecclesie debet obseruare iura canonica.
3 Appellationis via non potest oppressus ⁊ grauatus in terris sub
iectis Imperio adire immediate ipsam ecclesiam,

1 **Deniqꝫ.** ¶†Nota ꝙ appellari potest ante ⁊ post senten-
2 tiam,vbi grauatur quis de iure canonico.† Et
nota ꝙ in terris subiectis ecclesie pronuntiandum est de iure cano
nico,⁊ non ciuili:⁊ est seruandum ius canonicū,⁊ non ciuile.de hoc
3 de fo.compe.cum contingat.¶†Nota ꝙ oppressus in terris sub-
iectis Imperio immediate non appellationis via adire potest ec-
clesiam.Et facit ad no.de foro compe.licet.⁊.c.ex tenore.de cōsuet.
cum ecclesia.potest adiri,vt litera dicit.Host.inducit hanc decre.
pro argu.expresso ꝙ laici subiecti ecclesie iudicātur scdm canones
in his,in quibus discrepant leges ⁊ canones.Remittit de testa.cū
esses.⁊.c.seq.⁊ ad.c.Romana.§.debet.li.vj.⁊ procedit decre. qꝛ hec
loquitur de appellatione interposita ante sententiam,quam tamē
leges non admittunt.j.eo.super eo,cum concor.Ad hoc quod no.
de foro competen.licet.An hec consuetudo sit generalis . quidam
quod sic:alij quod est specialis quarundam partium.Et hoc pla-
cet Io.And.non sunt glo.ad aliquid vtiles.

1 ☞ Appellans,qui prius prosequi non potuit,auditur post bien
nium.
2 Appellationis tempus currit a tempore sententie ⁊ notitie.nu.4.
3 Appellationis prosequende quantum sit tempus.
4 Appellationis tēpus ꝙ currere incepit a tempore scientie,⁊ noti-
tie an statuatur a principio,vel fine appellationis.
5 Appellationis interponende an tempus,quod duplicatum datur
propter impedimentum,habeat locum pariter in termino iuris ⁊
hominis.nu.6.7.⁊.9.
6 Impedimentum quale causat dilationem secundi fatalis.
8 Appellantes ad papam ex quo non possunt habere copiam pape,
oportet quod protestentur ratione impedimenti.
9 Appellanti quale impedimentū causat dilationē secundi fatalis.
10 Appellatus intra quantum tempus possit negligente appellante
prosequi,vbi velit prosequi.
11 Exceptio rei iudicate super infirmatione an obstet lapso fatali pri
mo vel secundo,⁊c.
12 Appellatione interiecta an dato lapsu primi fatalis possit iudex
primus exequi.

1 **Ex ratione.** ¶†Etiam post biennium audi-
tur appellans , qui prius prose-
qui non potuit.Primo ponit dictū.Secundo eius ra
tionem interserit.¶Opp.ꝙ nedum biennium datur
appellanti,si est legitima causa impeditus,sed adhuc intra bien-
nium.decre.hec diffuse fuit glossata per Inn.⁊ Io.an.qui dicit in
addi.Specu.in vlti.parte, quod dum portasset eam ad curiam,⁊
occurrisset questio de facto,perfectus sensus extrahi non potuit,
2 ex his,que scripsit hic.¶†Nota quod tempus appellationis cur
rit a tempore sententie,Expediam materiam huius cap.per decē,
vel nouē media.¶†Primum quero quantum sit tempus appel-
lationis prosequende.Dic quod tempus est anni,vel biennij ex cā
siue in appellatione ab interlocutoria,siue a diffinitiua vt hic , et
supra eod.cum sit.nisi a iudice moderatum.Hoc verum de iure ca
nonico:de iure ciuili dt Iac.de Bel.in auc.de his,q ingre ad app,
qd si appellatio ab interlocutoria annectitur principali , habebit
terminū anni,vel biennij:si non annectitur principali,habebit to-
tū tps,intra qd principalis questio determinari potest.C.de iudi.
4 properandum.¶†Secundo quero a quo tempore currit tempus
applonis prosequende.Textus hic probat qd a die sententie.Ad
idem.ij.q.vj.anteriorum.ver.sancimus.⁊ ea.q.ad si.ver.iudicibus.
hodie est expeditū per cle.sicut appellationem.dic vt ibi:qꝛ currit
a die interpositionis appellationis in extraiudicialibus a futuro
grauamine currit a tempore illati grauaminis.eo.ti.sicut.facit ꝙ
4 no.eo.ti.constitutus.¶†Tertio quero an hoc tempus statuatur
principio,vel fini appellationis.Quidam dicunt quod tēpus cen
setur statutum principio appellationis:vnde sufficit cām incho-
tam intra illud tempus,licet non sit finita.Ad hoc inducunt lite-
rā ibi:ꝓsecuti.quasi sufficiat quod aliquo modo sint prosecuti.Ad
hoc.j.eo.constitutus.ver.intellecto.⁊.c.oblate.in prin.s.eo. perso-
nas.⁊.c.cum sit.In cōtrariū est.ij.q.vj.appellatione.⁊.c.ꝑcedenti.
Dic qd hodie hoc est expeditū:qꝛ debet causa expediri,⁊ esse fini-
ta ante tempus finitum:alias impedimēto cessante causa appella
tionis esset deserta lapso termino iuris.eo.ti.cle.sicut appellatio-
nem.Per que ptz qd non sufficit intra annum mittere procurato
rem ad impetrandum.s.ti.j.cum super.⁊ quod ibi no.⁊ hoc etiam
5 tenebat hic Inn.¶†Quero quarto an qd detur tempus duplica
tum ꝓpter impedimētū,habeat locum pariter in termino iuris
⁊ hois.De termino iuris nō est dubiū.De termino hois transit
snia in rē iudi.s.e.cū sit Romana.ad hoc alle.de in inte.resti.cōsti
tutus.vbi in tpe hois currit minori,⁊ datur restitutio:sed nō cur-
rit termin⁹ iuris:vt.l.fi.C.i q.cau.in inte.resti,nō est ne.Ad hoc,qꝛ
mitius agit cū lege,⁊c.ff.de arbi.l.Celsus.ff.de cōpen.l.si cū multi.
Inn.determinat cōtra,vt sic duplicetur terminus hominis, sicut
iuris:qꝛ subrogatum assumit naturā eius,in cui⁹ locū subroga.ff.
si qs cau.l.si cū.§.q iniuriarū.vt lite.pen.eccl'ia.de voto.magne.§.
cū igitur.Per hoc nō obst.de resti.in inte.cōstitutus.qꝛ illud tps
nō subrogat loco termini iuris:imo illi ciues de nouo sic ordina-
uerūt.nō obst.l.Celsus.So.Multū laborat Host.q facit differen
tiam inter arbitria,⁊ iudicia.Dic,omisso qd dicit,quia nihil boni
dicit,qꝛ ibi nec termin⁹ subrogat loco termini iuris:qꝛ illo tēpore
arbitrariā nō habebat executionē,sed solo metu pene parebatur:
ideo nō assumit naturam termini iuris.Et qd dicitur , duri⁹ agi
cum homine,ꝙ cum iure,ꝑcedit quando prouisio hois non sub-
rogatur loco prouisionis iuris.Et si dicatur aderat terminus iu-
ris intra quem mandatum adimplere posset,illud iure erat arbi-
trarium,⁊ non certum:ideo arbitrat arbitrio boni viri.Sed scdm
tempus statutum a papa,non erat arbitrarium,sed certū,ideo sic
non regulat.Sed est dubiū an abbreuiato termino hominis,scdm
tempus,qd dat,sit eodem modo abbreuiatum,si datur ex impedi-
mento,⁊ si restringat ad sex menses,habeat tantū sex menses.Dic
qd sic:qꝛ abbreuiato primo termino,secundus,qui ab illo mēsurat
similiter abbreuiat.arg.quod no.de elc.cum in cunctis.⁊ ptz in cle.
6 generalem.de eta.⁊ quali.¶†Quero quinto quale impedimentū
causat dationem secundi fatalis.⁊ an detur ipso iure. Dic , quan-
doqꝫ impedimento datur secundum fatale,qd est regulariter, nisi
aliud reperiatur in iure:qꝛ iura dant regulariter ex impedimento
biennium.Quandoqꝫ impedimentum impedit cursum ipso iure:
quandoqꝫ est opus restitutione.Et est inter ista differentia,qꝛ qn
datur ipso iure,scds fatalis datur integer:qn dat p viā restitutio-
nis,datur solū tps lesionis etiā inutile tantū restituit.Itē vbi dat
ipso iure.non est opus ꝙ petatur intra primū tps,sed peti poterit
etiam illo finito:vt.j.c.significante.Item vbi nō currit tēpus ipso
iure,solū tempus inutile trahitur.Secundo casu oportet ꝙ petat.
Si queritur ergo vbi detur ipso iure,⁊ vbi per restitutionē: consi-
dera qualitates ipsorum impedimentorum.Quandoqꝫ enī impo-
tentia respicit personam appellātis,qꝛ impeditur carceratus, vel
detentus:⁊ tunc Inn.dicit ꝙ subuenitur ipso iure,⁊ datur bienniū.
Et hoc dicit hic glo.alleg.ij.q.vj.anteriorum.Et hoc tenet etiam
Host.maxime inspecta equitate canonica.arg.de iudi.dilecti.j.eo.
ad audientiā.Inter alia impedimēta appellantis dat exēplū In-
no.si impedit ꝓpter sui inopiā.Allegat de sen.excō.ex quib⁹.§.j.⁊
est ad literā tex.in aut.de his,qui ingre.ad app.§.j.col.v.Qd no.ꝑ
pter illos,qui nō possunt ꝓsequi corā papa appellationes ꝓpter
inopiam,nec ad curiam accedere.Idē si ꝓpter infirmitatē,vel tem
pestatem,vel aliū casum fortuitū persona impedit,vel fuit impedi
tus,qꝛ nō potuit habere testes,vel instrumenta,sed postea potuit
habere.ff.de eden.argentari⁹.§.cū aūt.Qnqꝫ impedit ꝓpter factū
iudicis.⁊ glo.hic dicit adhuc qd tēpus nō currit ipso iure.ij.q.vj.
anteriorū.§.ad hec.⁊.§.biduū.Legiste tenēt cōtrariū:qꝛ si impedi
mentū est iudicis,ꝙ opus est restitutione:vt no.gl.ff.de dolo.l.ar-
bitrio.§.dolo.⁊ no.in aut.vt spon.lar,§.hoc quoqꝫ.⁊ in aut.itē lex
C.de tempo.app.vbi glo.⁊ Bar.illud tenent.Dicit enim Bar. qd
iudex hanc restitutionem dabit sine libello:sed incidenter dicit iu-
dex ꝙ talis fuit impedit⁹ facto nostro,id ipsum restituim⁹. Et se-
quitur

quitur hanc opi. Pe. ⁊ Cy. in aut. itē si. C. de tempo. appel. Glo. di-
cit tñ ꝙ speciale in principe, ne currat. Gl. tñ idē qđ ista tz in. l. sed ⁊
si per pretorē. in prin. ff. ex qui. cau. ma. q̄ facit ad illam legē. ⁊ ad. §.
ait pretor. eo. l. ꝑ duos mouent alie gl. cōiter, ⁊ absq̄ dubio text. so-
nat ꝓ ista parte, ꝙ si impedimentū est iudicis, in instātia appella-
tionis nō currat ipso iure: vt ptz in. §. hoc quoq̄. ibi: absq̄ vllo o-
mnino preiudicio. ⁊ in aut. sed lis. ibi. absq̄ dāno more. ⁊. j. e. ex insi-
nuatione. Et hāc opi. tenuit Tho. Ter. ad hoc in aut. de app. §. ij.
col. iiij. ⁊ hoc tz glo. ij. q. vj. anteriorū. in versi. Imperatorū. ad hoc.
ij. q. vj. biduum. ⁊ sequit Archidi. in. d. §. anteriorū. Pōt eligi me-
dia via, qđ ꝓpter impedimentū iudicis interim nō curret tp̄s, sed
nō daret bienniū, nec opus foret restitutione. qđ nota. Et hāc opi.
sequit Ja. Bal. in. d. §. hoc quoq̄. per tex. ibi: nullū preiudiciū: qꝛ si
opus esset restitutione, saltem preiudicaretur quo ad expensas re-
stitutionis: ⁊ qꝛ euentus iudicij est incertus. ff. de mino. l. in minori
bus. ⁊. l. qđ debetur. ff. de pecu. Et dicit quod hec fuit opi. Franc.
Accur. que approbatur per glo. in aut. de app. ⁊ intra que tempo-
ra. §. ad hec. Nō obst. in aut. de his, qui ingre. ad appel. §. j. vbi ptz
ꝙ propter impedimentum iudicis habet alium annū: qꝛ ille. §. est
correctus per. §. hoc quoq̄. ⁊ per aut. de appel. ⁊ intra que temp. §.
ad hec. Quandoq̄ impedimentum surgit a misto facto appellan-
tis, ⁊ appellati. Glo. dicit quod ipso iure non currit tempus. alleg.
aut. si tamen. C. de tempo. appel. Sed non datur ibi bienniū, sed so
lum detrahitur ipso iure tempus impedimenti: vt sentit Cy. ⁊ gl.
in. d. aut. idem Cy. ⁊ Joan. an. hic, ⁊ Jaco. Bal. ibi. ⁊ est casus in cle
men. quandiu. de appel. que extendit ad casuz, vbi alr̄ expresso par
tium consensu non proceditur: hec procedunt in termino iuris cō
munis. In termino dato a statuto ad prosequendū, an cōmuni cō-
sensu impediatur cursus. Joan. An. in Spe. in ti. de appel. §. nunc
videtur. super versi. istud autem scias. dicit qđ tale tempus nō po
test prorogari, sicut nec potest instantie principalis. l. properandū.
§. si autem. C. de iudi. quia ⁊ hec fundatur super publica vtilitate,
vt finis sit litiū: cui partes renuntiare non possunt: ⁊ quia non pos
sunt facere quin leges, ⁊c. ff. de leg. j. l. nemo potest. ⁊ quia instantia
appellationis plus est odiosa, quam fauorabilis, ⁊ quā sit princi-
palis. Allegat in aut. de appel. §. j. col. vij. inducit. l. qui Rome. §.
Callimachus. ff. de verbo. oblig. Respondit sibi contra. vt ibi reci
tat. dic quod nec terminus hominis, nec iuris communis, vel sta-
tuti per viam prorogationis potest elongari, ampliando, duplicā
do, vel triplicando: quia hoc non reperitur concessum: sed si volūt
ex expresso cōsensu supersederi ꝓsecutioni, bene possunt, ⁊ interim
ipso iure nō currit: vt dicta cle. quādiu. Et sic dz intelligi Archi.
ij. q. vj. anteriorum. ver. ad hoc. Qđ nota, qꝛ multum limitatur illa
cle. ⁊ docet modum illius practicādi. Qñq̄ impeditur ex facto ap
pellati: qꝛ nullitas proponit exceptiones, ⁊ nullitas petit, ⁊ obtinet
dilationes: qꝛ infirmus nō potest venire, vel ꝓcuratorē mittere. de
ꝓcur. querelam. an currat tēpus. Dicit hic Inno. ꝙ nō dz nocere
appellanti: sed non apparet an ipso iure, an per restitutionē. Glos.
non cōfirmat clare in. l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. ⁊ postea restitua
tur in subsidium, per illum. §. scđm illam lec. ⁊ respōdit ad. l. ait pre
tor. §. si. ff. de mino. gl. in aut. vt spon. lar. §. hoc quoq̄. ⁊ in aut. sed
lis. nō clare loquitur de impedimento tertij, de quo dicā. j. Dñi de
Rota sua conclu. xcix. tenent ꝙ appellāti nō currit tēpus, si detur
impedimentū ab appellato: vnde dicunt qđ si appellatus interim
attentauit, ⁊ oportuit appellantem agere super attētatis, si agit, ⁊
obtinuit, hoc tp̄s nō cōputatur: qꝛ impedimentum dedit appella-
tis: vt in cle. q̄diu. Et si succubuit, secus: qꝛ ipse sibi dedit hoc im-
pedimentū: surrexit impedimentū ab expresso cōsensu. Cōis opin.
est ꝙ detur de dolo presens ad interesse, sicut in extraneo dicit gl.
in aut. sed lis. C. de tēp. app. ⁊ in. d. l. arbitrio. §. de dolo. ff. de dolo. sz
in subsidium dabitur non existente soluendo aduersario. De impe
dimento aūt tertij, planum qđ ante datur de dolo. ⁊ no. in elemen.
pastorall. ⁊ hic in gl. Si impedimentū surgat altero extrinseco casu,
si impedimentū est clausule vie: ⁊ tunc adhuc ipso iure non curret
tēpus: ⁊ seruatur illesus, fm Jo. de Deo, p. §. ad hoc alleg. in glo. ⁊
per decre. accedens. vt lite non cōte. ⁊ tunc non currit tēpus ipso
iure, scđm eos. Per hoc sentiunt ꝙ nō detur bienniū. Si impedi-
mentū est alterius casus, vt breuiter dicā. vt in oībus casibus enu
meratis, ⁊ similibus. ff. si quis cau. l. ij. ⁊ tunc habēt biennium, quasi
ex hoc habeant iustā causam: ⁊ in casibus qui habent de his, qui
ingre. ad app. §. j. ⁊. C. de tēpo. app. l. si. Hec omnia ꝓcedūt in tēpo-
re primi fatalis impedito, sed non impedito in tēpore scđi fatalis,
Ad hoc qꝛ intra bienniū tex. hic dicit ꝙ nō preiudicat sue iustitie:
nō aliter declarat. Gl. dicit quosdā dicere qđ quodcūq̄ detur im-
pedimentū, opus est restitutione. C. de temp. app. l. vlti. Gloss. dicit
ꝙ ipso iure etiā in scđo fatali seruant illese: sed non dicit an currat
tēpus, an detur tertiū fatale. Dicit Host. ꝙ ipso iure seruetur ille-
sus, maxime inspecta simplicitate iuris canonici. de iudic. dilecti. ⁊
j. eo. ad audientiam. Inn. videt velle ꝙ vltra scđm fatale, nec secū-
dum, nec tertium, vel vlterius habebit sine restitutione: ⁊ tunc re-
stituet totum tempus, quanto fuit impeditus ꝓsequi appellatio
nē. Hoc tz Accur. in aut. ei, qui. C. de temp. app. s. qđ per restitutio
nē ꝓuideat: tñ vr̄ velle qđ integer restituatur. nam dicit ꝙ integer
ann⁹ dat per restitutionē. in aut. de his, qui ingr. ad app. §. si vero.
col. v. tz ꝙ ipso iure nō currit bienniū impedito. Idē vr̄ in aut. de
app. §. ad hoc. col. iiij. ⁊. ff. ex qui. cau. ma. l. sed ⁊ si ꝑ pretorē. in. j. gl.
Jo. an. concor. opi. An impedimentū sit iudicis: ⁊ nō currit ipso iu
re. An sit aliud: ⁊ procedit opi. ꝙ det restitutio solū ad illud tp̄s, in
quo fuit impeditus. Tene ꝙ in omni casu, in quo dixi. s. primū fa-
tale non currere ipso iure, nō currit etiā scđm. Et de impedimēto
partiū ꝯsensu ptz in aut. de app. §. j. viij. col. ⁊ sic dz limitari aut. de
app. ⁊ intra q̄ tēpo. §. j. que dicere vr̄ ꝙ ꝓuidet ex legibus dantib⁹
restitutionē ex clausula. ad hoc. j. eo. ex insinuatione. Vbi aūt dixi
dari bienniū, tunc in triennio opus est restitutione, nō vt triennīū
totū restituat, sed tp̄s lesionis: vt. d. aut. de app. ⁊ intra que temp.
Vbi dixi impotentiā vel negligētiā iudicis excusare ipso iure: hoc
intelligo sane, qñ sibi per superiorē appellātis ꝓuideri nō pōt: vel
non pōt saltem fatale scđm, de quo loquitur ille. §. j. vltima ptz ibi,
cū sit apertissima facultas adire maiestatem, ⁊c. vel adire potest su
periorem, ⁊ dz, q cām vel reassumit si potest, vel inferiorē cōpellat.
ad hoc tex. summa ope niti dz: qꝛ summa nititur: qꝛ nihil omittit:
qꝛ idē est summa, vel vltima, quo nil amplius, sicut dr̄ summa trini
tas. C. de sum. tri. l. ij. ⁊. c. damnamus. s. de sum. tri. ⁊ Roman⁹ dici-
tur summus pontifex. xij. di. §. j. ⁊ de sta. mona. cū ad monasterium.
xi. q. iij. summo opere. Excusat ergo demū, cū non hz quid faciat:
in tñ qđ quidā dicūt delegatū pape, q negligit, per suū ordinariū
7 cōpelli posse. de quo. s. de rescrip. c. si. † Sed est dubiū qualiter ꝓba
tur impedimentū. Spe. in ti. de app. §. nunc videt. ver. quid ergo.
dicit, ꝙ probabit per iuramentū, per. c. si. qđ me. cau. ⁊ sic dicit ꝓ-
nūtiasse. qđ fatetur Jo. an. de app. ad curiā interpositis, ⁊ de lōgin
quo, in quib⁹ esset difficile, ⁊ quasi impossibile testes ꝓducere, ⁊ re-
missio ad partes plus tēporis occuparet, q̄ negotium principale.
Secus qñ ad vicinas appellat, vel ad papā de loco vicino: qꝛ ꝓba
tio dz esse plena. Et dicit ꝙ talis ꝓbatio etiā non sufficeret in ter-
minis decre. cupientes. de elec. lib. vj. ad euitandā penam illius de-
cre. vt ptz ibi in. §. qđ si per. xx. ibi: apud sedem ipsam facere plenā
fidem. Hec vera qñ agitur de probando impedimento ad finē im-
pediendi cursum fatalium, in cuius omissione, ⁊ non cursu, est gra
ue preiudiciū. Quo ad dilationes aūt dādas ꝓpter impedimentū,
tenet Frede. qđ sufficit ꝓbatio per iuramentum, suo consil. cix. vbi
enumerat plures casus, in quibus sufficit probatio per iuramen-
8 tum. allegat dictū Spe. in ti. de dila. §. sed ⁊ si. † Ex his decidit qđ
quotidie contingit, appellātes accedūt ad sedem apostolicam, non
possunt habere copiam pape: certe oportet quod ꝓtestētur de im-
pedimento. no. H. de rescrip. c. j. ⁊. c. si autē. ⁊. c. plerunq̄. ⁊. c. cupiē-
tes. de elec. §. quod si per. xx. in verbo presumptam. li. vj. An suffi-
ciat eū semel tantum impeditum. Dic ꝙ nō: qꝛ cum tēpus nō cur-
rat ipso iure propter impedimentum, opz ꝙ duret, ⁊ cōstet durau
9 te impedimento: ⁊ si nō pōt hodie, poterit cras. ¶ † Quero sexto
quanti temporis exigat impedimentū, vt habeat appellans scđm
fatale, ⁊ vt excludatur, quāti tēporis exigatur negligentia. Videa
mus primo quāti tēporis negligentia excludat. Allegando pro e
z, videtur ꝙ modici tēporis negligētia repellat ab anno scđo, per
l. si. §. illud. C. de tēpo. app. qꝛ dicit ꝙ si ꝑ eū steterit, quo minus ꝓse
quatur, nō datur annus scđs: ergo sufficit ꝑ modicū stetisse. Et di
cit ꝙ summo opere niti debet in primo anno, vt habeat scđm: sed ne
gligens summo opere nō fecit: ⁊ sic nō debet habere scđm. Secūdo
quia vt dicit decre. s. eo. cum sit. debet esse impeditus ex necessaria
⁊ euidenti causa. Necessitas autem non adest, vbi est negligentia,
q̄tūcūq̄ modici tēporis, imo est ibi annexa voluntas. de prescrip. vigi
lāti ergo ⁊c. Tertio, qꝛ tex. in aut. de his, qui ingr. ad app. §. j. ⁊. iij.
dicit ꝙ ineuitabilis dz esse necessitas: sed negligentia dz esse volū-
5 antepenul. ¶ † Quero an remedium appellationis in iudicio pos-
sit deduci, et prosequi incidenter per viam exceptionis, vel replicatio
nis. Innocen. dicit quod sic, vt si opponat sententiam executioni
non mandandam, vel electum non confirmandum, quia est appel-
latum. de elect. cum inter canonicos. et c. cum inter. R. de exceptio.
dilecti. et c. significauerunt. potest cum appellatione excipere solum
intra illud tempus, intra quod potest prosequi principaliter ap-
pellationem, arg. ff. de nego. gest. l. iij. §. pupillus. ff. ex quibus cau.
ma. l. necnon. ff. de inoffic. testa. l. contra veterani. §. si filius. et quod
no. de rescri. si autem. et no. de ord. cog. c. si. Non obstat de sen. excom.
licet. lib. vi. quia ibi principaliter prosequitur nullitatem, quam pro-
sequi potest deserta appellatione: hic quando principaliter prosequitur
appellationem, licet exceptionis via. Ad gl. videtur quod non pos
sit appellari omisso medio, vt hic. Fallit in papa, vt. ij. q. vi. ad Ro-
manam. Fallit secundo vbi hoc habet consuetudo. Et sic potest in
telligi. c. referente. et de appel. Romana. lib. vj. Si tamen appella-
tur, et fiat prosecutio, processus non est nullus, immo valet, secundum
gl. per priuileg. c. referente. que sic secundo potest intelligi, et secun-
dum hanc decreta. dupliciter potest intelligi. Vno modo quod ap
pelletur hac ab archidiacono, vel alio inferiori prelato, vel officia-
li inferioris prelati: et secundum hoc appellandum est ad episcopum. Et
huic obstat cap. referente. et responsum est. Secundo modo quod hic
appellatur a delegato episcopi, qui non est de curia, nec officialis:
et tunc debuit appellari delegans, et sic episcopus, non archiepisco
pus. Et huic obuiat. l. prima. ff. quis, et a quo app. vbi appellatur
omisso medio. Sed dic quod ibi loquitur in delegato subdelegan-
te in totum, qui non facit medium: hic in ordinario delegante, qui
6 facit medium. † Ad primum. s. de offic. deleg. super questionum. §.
porro. De officiali autem episcopi ad archiepiscopum appellatur, et
non ad episcopum, ne a se ipso appelletur. Nec hoc potest consuetu-
do. Inquantum gl. dicit appellationem omisso medio deuoluere vt
valeat processus, hoc tenet Ioan. And. et Hostien. et Inn. in dicto
c. referente. licet Archidia. de offi. deleg. si delegatus. lib. vi. recitet
Inn. tenuisse contrarium in dicto. c. referente. Sed non dicit con-
trarium, secundum Ioan. An. inquantum gl. sentit a delegato episcopi
non appellari ad archiepiscopum, quando non fit delegatio in curia. Dic quod
idem, etiam si fiat in curia, vt vicario: quia ex quo cognoscit vt dele-
gatus, non est idem tribunal cum tribunali episcopi. Non obstat si
dicatur quod semper delegabit vicario, ne possit ad archiepisco-
pum appellari. Dic quod si de fraude constat, poterit ab archiepi-
scopo excommunicari. Sed fraus de difficili probabitur: vt dicit Spe. in
ti. de appel. §. nunc tractemus. v. sed secundum premissa Io. An. re-
mittit de offi. deleg. super questionum. §. intentionis. super gl. ij. vbi
dicit Hostien. consuetudinis, que impediunt appellationes gradua-
tim, vt corruptele non valent. quod est contra tex. de appel. Roma
na. lib. vi. et de offi. ordina. Romana. et c. vt litigantes. Inquantum
gl. dicit consuetudine induci posse vt de officiali appelletur ad archie
piscopum: dic hodie vt de consue. c. ij. li. vi. quod hoc est correctum ibi. Re
gula ergo est, quod appellationes debent fieri gradatim, stante medio
non appellatur omisso medio. Hoc primo fallit in papa, vt dixit gl.
in Imperatore secus. ff. de appel. l. Imperatores. Et dicit Host. et
hoc verum, quod dicitur, de papa, a quocunque ordinario appellatur,
vel eius delegato, excepto casu decreta. sup questionum. §. porro. Et
licet sic seruet curia, secundum Host. tamen dicit quod salua potestatis
plenitudine

plenitudine, qua considerata nullum casum excipit, nõ putat iuri
cõgruere qđ appellationem factam a singulari delegato ordinarij
papa recipiat, sed remittat, vt ipsi᷒ ordinarius debitus honor ser
ue᷒. s. eo. vt debitus. ⁊ qȝ natura iuris cõsiderata, semper dȝ appel
lari a delegato ad delegantem. C. qui pro sua iuris. l. vnica. An au-
tem ad legatum appelle᷒ omisso medio, tractat Archi. xi. q. i. per-
uenit. Aliquid. xviij. q. ij. cognouimus. habetur de offic. delega. c. j.
dic vt ibi p Archi. ⁊ Jo. Mo. eo. ti. Romana. li. vj. in v̄bo, omissis.
gl. de consue. c. ij. in verbo, officiali. Joan. Andre. de offi. lega. quod
translationem. vbi gl. in Specu. de appellatio. §. nunc tractemus.
versi. ⁊ nunquam. De hac appellatione, Appello ad archiepisco-
pum, legatum, ⁊ papam, vide. ij. q. vj. §. illud. ⁊ in Spe. de appel. §.
nunc tractemus. versi. sed pone, aliquis. De alternatiua Appello
ad istum, vel ad istum. gl. de offi. dele. is, cui. lib. vj. De appellatio-
ne ad papam, vel legatũ, reseruata optione, quam velit, prosequen
di: ⁊ quid de interposita ad archiepiscopũ, vel ad papam, in Spe.
de appel. §. nunc tractemus. versi. quid si dicat. vide. ij. q. vj. post da
tam. Certos casus, in quib᷒ appella᷒ omisso medio, ponit Archi.
Jo. Mo. Abb. de offi. dele. Romana. lib. vj. Primus, qñ cõsuetu-
do habet omitti posse: vt. d. c. Romana. Alius, quando archiepi-
scopus corã suffraganeo cõuenit subditũ suum: sed tũc non est iu-
dex, ⁊ sic non facit medium: tunc non appellatur ad archiepisco-
pum, ne sit iudex in causa propria. C. ne qs in causa sua. l. j. Ad hoc
de insti. c. si. cum sint. Tertius, quãdo episcopus agit cõtra suum
subditum coram arbitris. xj. q. j. si clericus. quia tunc non appella-
bitur ad episcopum, sed ad papam. de offi. deleg. ab arbitris. libro
vj. vt ibi no. in glo. vlti. Item cum concurrunt iurisdictio media-
ta, ⁊ immediata, vt in prelatis subiectis archiepiscopo, qui nihilo
minus subsunt episcopo: sic est de papa, ⁊ legato eius. Item cum
proximus non est catholicus, illo medio omisso, quia non potest
cognoscere, aditur superior. de prescriptio. veniens. de elec. quia di
ligentia. de offic. ordi. quod sedem. Et alius casus in iudice recu-
sato, de quo de offi. delega. si is, cui. lib. vj. ⁊ quod no. de foro compe
ten. si quis contra.

1 ☞ Appellare compellitur inuitus nomine pupilli is, qui desijt
esse tutor.
2 Libellus contra tutorem fundari debet nomine pupilli.
3 Rescriptum an debeat impetrari contra tutorem, vel pupillum.
4 Pupillus transit in potestatem sui tutoris. nu. 13.
5 Tutela in matre finitur per transitum ad secunda vota.
6 Iudex procedendo ad vlteriora exceptione neglecta, videtur taci
te super exceptione pronuntiare.
7 Exceptio Non possum conueniri nomine pupilli, quia finita est tu-
tela: est dilatoria, ⁊ vitiat rescriptum.
8 Appellatione iustificata iurisdictionẽ recludente, non silet iudex
ad quem, sed in negotio procedit.
9 Iudex ad quem an possit cognoscere de exceptione proposita, per
quam eius iurisdictio recluditur.
10 Tutela quid sit.
11 Mater transiens ad secunda vota debet petere tutorem liberis.
12 Tutela finita an tutor debeat ab administratione desinere.
13 Mater non habet filios in sua potestate, tanquam pater.
14 Tutrix quando possit esse femina.
15 Tutela an finiatur, matre transeunte ad secunda vota.
16 Matre transeunte ad secunda vota, ad que bona habeatur recur-
sus pro rationis redditione.
17 Femina an possit esse curatrix.
18 Tutorem an possit dare mater suo filio in suo testamento.
19 Tutor quis in administratione tutele preferatur.

1 Ex parte M. ¶ †Si is, qui desijt esse tu-
tor, nomine pupilli conueni-
tur, ⁊ inuitus, poterit appellare. In prima ponit ap-
pellantis querelam. In secunda dat iudices, ibi: man-
2 damus. ¶ †Nota libellum fundandum contra tutorem nomine
3 pupilli. Vide. ff. de administratione tutorũ. l. j. ⁊ quod ibi no. †Nun-
quid autem rescriptum impetretur contra tutorem, an contra pu
pillum, vide Hostien. in Summa. de rescript. §. quem. in princip.
4 ¶ †Nota quod pupillus transit in potestatem tutorum. de quo
5 in. l. prima. ff. de tutela. ¶ †Nota quod tutela in matre finitur per
6 transitum ad secunda vota. ¶ †Nota quod iudices ad vlteriora
procedendo exceptione neglecta, videntur tacite super exceptione
7 pronuntiare ipsam repellendo. ¶ †Nota quod hec exceptio. Non
possum conueniri nomine pupilli. quia finita est tutela, est dilato-
8 ria, ⁊ vitiat rescriptum. ¶ †Nota hic casum apertum quod iustifi-
cata appellatione recludente iurisdictionem, non silet iudex ad
quem, sed in negotio procedit. Sed potest dici quod exceptio fuit
9 proposita ad merita. ¶ †Oppo. quod non debeat iudex ad quem
cognoscere, exceptione hinc inde proposita. Si enim est appella-
tum, ⁊ iustificata est appellatio, finis appellantis est vt non proce-
datur, ex quo opponitur ad impediendam iurisdictionem habe-
bit ergo, si procedetur, contrarium intentatum. Ad hoc de prehẽ.
dilectus. ⁊ de except. olim. Sed non cõmittit hic aliquid discutien
dum cum matre, sed cum filijs, quos non remittit ad iudicẽ a quo:
quia presumitur quod grauabit filios, sicut ⁊ grauauit matrẽ, ſm
Hosti. prouidetur etiam in hoc actori, ne iustitia denegetur in cau
sa semel delegata, licet causa pupillorum non omnino fuerit in iu-
diciũ deducta, nec voluit papa per se cognoscere: quia forte nimis
grauarentur pupilli: ⁊ proponẽtur hinc ⁊ inde ista per curatorem
ad litem datum pupillo, ⁊ dabit curatorẽ iudex suus admonitus
per delegatum, ⁊ ipso negligente dabit delegatus: argu. de offic.
delega. prudentiam. §. penul. ⁊ vlti. vide de iudi. c. vlti. libro. vj. ſm
10 Joan. And. †Quid est tutela. Dic qđ est ius, atq; potestas in ca-
pite libero, constituta ad tuendum eum, qui propter etatem se de-
fendere nequit, iure ciuili data, atq; permissa. ff. de tute. l. j. in prin.
11 Insti. eo. ¶ †Quero an habeat mater transiens ad secunda vota
petere tutorem liberis. Dic qđ sic: ⁊ si nõ petat intra annum, exclu
datur a successione filij pupilli, si sine tutore moriatur: secus si mo-
reretur pubes. Item in quolibet, qui debet ei ab intestato succede
re. ff. ad Tertul. l. ij. §. confestim. C. qui pe. tut. l. cum a matribus. C.
de legi. heredi. l. sciant. ⁊. C. ad Tertul. l. matres. Parcitur matri,
si sit minor annis. C. si aduer. delict. l. ij. In quibusdam etiam alijs
casibus excusatur minor, quos ponit Hostien. in summa, de delic.
12 pue. sub. §. istud not. dignum. ſm Host. ¶ †Quero an finita tutela
indistincte tutor debeat desinere ab administratione. Dic quo ad
principianda, non arctatur illa principiare, inchoata tamen finire
tenetur, dummodo gestio in curatorem translata non sit. C. vt cau
se post pu. ad. tut. l. vna. Unde si in negotio pupilli appellauit, ap-
pellationem ante rationem redditam prosequi tenetur: vt. ff. de ap
pel. l. tutor. ſm Phi. inducit Jo. And. decre. contra cautelam Py
lei, qui dixit, ⁊ consuluit non pronuntiari super exceptionibus, sed
solum procedat ne appelletur: quia etiam si procedat, grauare dici
tur, ⁊ appellari potest. De quo in Specu. de excep. §. ij. versi. ⁊ not.
ſm Uber. ⁊ sufficit qđ no. s. eo. dilecto. ad hoc de re iudi. suborta.
13 ad finẽ. ¶ †Oppo. cum gl. qđ filius non sit in potestate matris: vt
Insti. de patria potesta. §. ius autem. Solu. Quãtũ ad ius patrie
potestatis, pcedit qđ est dictum: sed non quo ad accidens potesta-
14 tis tutelaris, vt hic. ¶ †Oppo. quod femina non sit, nec esse possit
tutrix: quia illud virile est officium. C. qñ mu. tut. offi. fun. pos. l. j.
Dic regulariter femina nõ potest esse tutrix: olim nõ poterat etiã
mater, nisi a principe impetrasset. ff. de tute. l. si. de iure codicil. nul-
lo subsistente legitimo, vel testamentario, iure admittebatur. Idẽ
si subsit legitima, vel testamentarius, ⁊ sit excusatus: ⁊ tunc debet
iurare qđ non trãsibit ad secũdas nuptias, ⁊ renuntiabit Uellea
no sub hypotheca rerum suarũ. C. quando mu. tut. offi. fun. pos. l. ij.
Hodie ex authẽ. matri, ⁊ auie. ⁊ vnde sumi᷒, potest esse tutrix. oib᷒
tutoribus legitimis, ⁊ datiuis, exclusis, sed nõ testamẽtarijs, renũ-
tiando simplici verbo secundis nuptijs, ⁊ non per iuramentum, et
Uelleiano, ⁊ omni alij auxilio: vt si obligatur pro pupillo, nõ tene
tur: vt dicta authen. matri, ⁊ auie. C. quando mu. tut. offi. fun. pos.
Sed est dubiũ, quid si simul sit data in testamento cum alijs tutori
bus, an ipsa excludat eos, an excludatur ab eis, an simul admitta-
tur. Uidetur excludi: quia non potest dari tutrix in testamento. ff.
de testa. tuto. l. iure nostro. licet possit dari consiliatrix. l. quidam
decedens. §. penulti. ff. de administra. tuto. Non obstat quod hodie
admittitur ad tutelam: quia verum in subsidium, deficiente testa-
mentario. Idem quia nõ potest esse tutrix, nisi teneat, et renũtiet,
vt dicit glo. eget ergo confirmatione: ⁊ sic non potest esse testamen
taria: nam si posset, sufficeret primum testamẽtum. C. de episcopa.
audien. l. de creationibus. Institu. de satisda. tut. §. j. ergo repellen
da. C. quando mulier tut. offi. fung. pos. l. j. Nõ obstat si dicatur, ad
mittitur sine testamento: quia nõ sequitur: qȝ tutor sepe defertur.
alleg. ff. de cura. fur. l. sepe. ⁊ datur a iudice, ⁊ tamen non potest dari
in testamento, licet datus confirmetur. Institu. de cur. §. j. In con-
trarium, quia admittitur ad tutelam filij sine testamento: fortius
in testamento: ⁊ quia tutor in testamento datus: vt. l. de creationi-
bus. C. de episcop. audi. Item si sola data est in testamento, poterit
esse tutrix: quia nihilo minus est per legem. argu. ff. de acquirenda
posses. l. j. §. vir vxori. C. de his, qui sibi ascri. in test. l. j. Item ex quo
per legem admittitur, satis sequitur an admittenda sit ex testamẽ
taria voluntate: quia lex est ipsa voluntas. in authen. de nup. §. dis-
ponat. coll. iiij. Non obstat. l. iure nostro. prealleg. quia loquitur se-
cundum antiqua tempora, secundum que non admittebatur, nisi
impetraret a principe. Ad hoc, quia dicunt ipsi quod ideo non ad
mittitur, quia leges non admittuntur. Sequitur ergo quod cum
hodie eam leges admittant, quod esse poterit in testamento, serua
ta solennitate, cum qua leges admittunt. Nec obstat quod indiget
confirmatione: quia imo non eget. Dicit Hostien. quod quidam
sapientes tenuerunt primam partem, vt excluderetur: qȝ vel non

est tutrix testamentaria seruata solennitate: ⁊ habemus proposi-
tum, quia excluditur a testamentario. Si admittitur vt testamen-
taria cũ solemnitate, antequam tacuerit, non est tutrix: excluditur
ergo. Respondet quod tenentes oppositum, quia nec vt testamen
taria, nec vt legitima antequam tacuerit, si est in pendenti, si renũ
tiauerit, vel solennitatem seruauerit: sicut ⁊ alia multa in penden-
ti sunt. ff. de vsufru. l. sed ⁊ si quis. §. equissimum. de frigi. fraterni-
tatis cum concor. Residere ergo videtur quod mater cũ alijs ad-
mittatur. Et hec opi. est vera: quia testamentaria est: vt dicit Bar
tol. in. l. si sub conditione. ff. de testa. tut. ⁊ etiam non eget confirma
tione: sed coram iudice seruata solennitate petit tutelam, ⁊ potest
esse testamentaria: vt hec omnia tenet Barto. in dicta. l. si sub con-
ditione. Quedam alia ponit hic Hostien. que penam expeditis gl.
15. ¶ † Quero quid si transierit ad secunda vota, an finiatur tutela.
Glo. dicit quod sic. Et pondera: quia quasi esset mortua, trãsit ab
ea tutela. Allegat tex. qui eisdem verbis vtitur in authenti. vt sine
probi. ma. debi. §. qui vero per quem. §. iam repetẽdo dixi in dicta
authen. matri ⁊ auie, soluta questione, de qua per Cy. ibi, ⁊ Barto.
in. l. si qs sub cõditione. de testa. tuto. An finita tutela per transi-
tum ad secũda vota, locus sit legitimo, an datiuo: quia puto quod
locus sit legitimo: quia fingitur mortua: sic defertur per mortem
16 matris proximiori legitimo. ¶ † Quero ea transeunte ad secũda
vota. ad que bona possit haberi recursus pro redditione rationis.
Dic quod si transeat nõ reddita ratione, ad bona matris, ⁊ ad bo-
na mariti secundi poterit haberi recursus, tanquam sint hypothe
cata. C. in qui. can. pig. taci. contra. l. si mater. in auť. de nup. §. tute-
lam. colũ. iij. ¶ Ultimo ponit aliam solennitatem requisitam de
17 conficiendo inuentario. † Nunquid autem possit dari curatrix: vi-
18 de in Specu. de curatore. §. cum autem versi. vt autem. ¶ † Uenio
ad quedam extrinseca, que melius Legistis relinquẽtur: an mater
possit dare tutorem filio in testamento. Uidetur quod non: vt. ff.
de cõfir. tut. l. Et hoc verum est, nisi ipsum heredem instituat: quia
tunc est a iudice confirmandus, nec satisdat, rem pupilli saluam fo
re. C. de testa. tut. l. mater. Et hoc verum est, nisi sit idoneus. ff. de
admini. tuto. l. quidam decedens. Et si extraneus dederit tutorẽ,
non tenet datio, nec confirmatur nisi pupillum heredem instituat
nulla bona habentem preter bona, in quibus instituitur: quia tũc
iudicium est sequendum. ff. de confir. tut. l. si patronus. Utroq3 ta-
men casu fit inquisitio super idoneitate persone, ⁊ satisdat: alias
magistratus tenetur. ff. de confir. tu. l. tutores. licet datus a patre
sine confirmatione confirmetur ⁊ satisdatione. Institu. de tutel. §.
fi. C. de confir. tut. l. ij. quia sufficit ei paternum testamentum. C. de
episco. audien. l. de creationibus. Institu. de satisda. §. sed ⁊ hec. qđ
est verũ, nisi noua causa superueniat. ff. de testa. tu. l. pater. ad hoc
de offi. delega. insinuante. de excep. pastoralis. vel preterita latens
19 suspicio detegatur. ff. de confir. tu. l. ¶ † Quero quis tutor prefera
tur, an testamentarius, an datiuus, an legitimus. dic, testamenta-
rius prefertur omnibus. Insti. de legit. agna. tu. §. j. illa deficiente,
locus est quasi testamentarie paterne indistincte, materne si here-
dem pupillum instituat. Et vocatur quasi testamentaria, quia te-
stamentarie comparatur. ff. de confir. tuto. l. qui a patre. Quinimo
potest dici vera testamentaria confirmata: quia non confirmatur,
nisi quod est. de fide instru. inter. versi. ceterum. de elec. trãsmissam.
d. c. qualiter. ⁊ c. postq̃. ⁊ c. considerauimus. ⁊ de resti. in integ. c. ij.
Et ponit hic solennitates cõfirmationis, que colliguntur. ff. de cõ
fir. tut. l. in re. §. sed si queratur. Tales ergo vt testamentarij sunt
legitimis preferendi. Ideo quãdiu est spes testamentarie, cessat le
gitima: vt. l. si sub conditione. ff. de testa. tuto. Sol. cum spes sit vt
testamentaria confirmetur, vbi venit confirmanda, excluditur le-
gitima, Nam facit iniuriam iudex non confirmando, sicut in postu
latione no. de postu. prelato. bone. ⁊ c. fi. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. ij. §.
pe. in fi. tamen iudex aliquam tutelam legitimam admiserit, ⁊ de-
derit, cessabit hec quasi testamentaria. C. qui tuto. da. pos. Dat si-
mile in presentato a patrono: vt no. de iure pa. pastoralis. Sed ⁊ si
iudici videatur, addet ⁊ quasi testamentarium vt curatorem, non
vt tutorem. C. de testa. tu. l. si pupillorum. C. de confir. tu. l. si vt pro-
ponis, quia tutorem habenti nõ datur tutor. Item si sit datus ab
extraneo, iudex examinabit, quasi preferebat: ⁊ arbitrarium erit.
ff. de confir. tu. l. si patronus. ⁊ l. tutores. Idem videtur in curato-
re a patre, vel matre dato. ff. de cur. fur. l. si furiosus. ad hoc. ff. de cõ
fir. tuto. l. mulier. in fi. Testamentario vero deficiente, locus est le-
gitimo: ⁊ legitimo deficiente, locus est datiuo. Et hoc probatur ex
ordine rubricarum Digestorum. Quia primo ponunt rubricã de
testa. tu. Secundo, de confir. tu. Tertio, de legitima tutela. Quar-
to, de tuto. ⁊ curato. dat. ab his, quasi de datiua. Et quod argumẽ
ta procedant ab ordine, patet. C. de nouo Codi. compo. l. j. post me
dium ibi: tamen. in authen. de here. ⁊ Fal. §. inordinatum. coll. j. de
malo. ⁊ obe. c. j. ⁊ c. statuimus. similis argumentatio de inu. peti. c.
j. ⁊ hoc tenet Bar. in. l. j. ff. de confir. tuto. ⁊ in dicta. l. si quis sub cõ
ditione licet dicat Iaco. Bal. tenuisse contra. Hec sufficiant.

1 ☞ Relatio, cuius exemplum non fuit litigatoribus editum,
non valet.
2 Copia processus parti non data, iudex datus ad instruendũ pro-
cessum non debet referre.
3 Relatio an possit fieri in quacunq3 causa.
4 Delegatus, cui commissa est causa, an possit referre sine causa.
5 Referens iudex quid habeat seruare.
6 Commissarius referens quid debeat exprimere in sua rela-
tione. 7.
8 Relationi iudicis commissarij an indistincte stetur. nu. seq.
9 Delegatus iudex an relatione facta vbi refert se citasse partẽ et
comparet pars dicens se non contumacem, ⁊ appellasse ex legiti-
ma causa, et causam appellationis commissam esse, poterit proce-
dere in causa.
10 Delegata causa iudici vt referat, an debeat causa remitti sufficien
ter instructa.
11 Delegata causa vsq3 ad certum tempus finienda, an valeat re-
missio.
12 Referentis iudicis que sint partes lapso tempore examinationis.
13 In appellatione a iudice remittente an sit necesse facere mentio-
nem de remissione.
14 Iudex referens qualiter faciat relationẽ, an apertam, vel clausam.
15 Copia relationis iudicis referentis, vbi est partibus danda, qua-
liter sit tradenda.
16 Relationem suam an edere teneatur inuitus iudex.


1 INtimasti. ¶ † Non valet relatio, cuius
exemplum non fuit litigatori-
2 bus editum. hoc dicit. Facit ad tertiam partẽ rubrice.
¶ † Nota iudicem datum ad instruendum processum
non debere referre processum non data copia parti. Et not. actum
relationis non esse sententiam nec posse sententiare, sed habet re-
3 ferre. ¶ † Primo quero an quacunque causa possit fieri relatio.
glo. dicit quod sic, ⁊ in ciuili, ⁊ in criminali. Quod patet: quia hic
4 causa erat criminalis, scilicet inquisitionis, vt patet hic. ¶ † Que-
ro scđo an sine causa, vel ex qua causa possit iudex, cui cõmissa est
causa, referre. Dic quod legitima causa est, quando refert ad supe
riorem, qđ dubitat in iure, qualiter iudicare debeat: talis relatio ap
probatur, si vult referre quasi se exonerando a iudicando: ⁊ talis
causa non approbatur. in authen. de iudi. §. vlti. ff. de iudi. l. cum,
qui temere. Et dicit Hostien. hic, si iudex maliciose fingat se dubi-
tare, vbi non dubitat, contra id de rescrip. cum contingat. infamis
efficitur, ⁊ in triginta libris auri punitur. C. de legi. l. ij. quam pe-
nam non credit habere locum in iudicibus ecclesiasticis, sed illam,
de re iudi. c. j. lib. vj. Quandoq3 fit relatio ex necessitate, vt patet in
reseruatis apostolice sedi: vt. š. eo. vt debitus. ad fi. cum concordã.
⁊ in casu. š. eod. de cetero. Quandoq3 fit remissio: quia sic habet in
mandatis: vt se informet, ⁊ referat: ⁊ tales, vt puto, Quãdoq3 sunt
relatores facti tantum, vt quando dantur vt se informẽt de facto,
⁊ negotium instructum transmittant. š. de rescript. ex parte deca-
ni. Quandoq3 vt referant de facto, ⁊ de iure: vt quando committit
vt se informet de facto, ⁊ referat de iure. Nec puto quod sua relatio
habeat vim sententie diffinitiue, sed solũ refert ius, super quo ha-
bet pronuntiare. Ideo si iudex postea committat executionem se-
cundum formam relationis, expectabitur sententia. Et sic dixi de
facto: quia hic etiam habebit citare: quia non est simplex executor.
Et sic non obstat quod no. de appel. ex ratione. ⁊ de re iudi. a diuo
5 Pio. ¶ † Quero tertio quid habeat seruare referens. Dic quod
exemplum consultationis debet edere partibus: vt si forte minus
plene referat, vel contrarium quam debeat, vel in alterius preiudi
cium, possint partes cõtradicere, ⁊ appellare. C. de appel. l. j. ⁊ ij. Et
si non appellauerit, tũc non poterit appellare postea, cũ princeps
rescripserit. ij. q. vj. biduum, quia approbasse videtur relationem. ff.
quando appel. sit. l. j. j. respon. Contrarium dicit tex. in. l. j. §. quesi-
tum. ff. de appel. ⁊ d. §. biduum. in fi. dic, non potest appellari, si di-
cat non sic referendum: potest tamen a sententia lata ex viribus re
scripti appellari, si dicat principem oneratũ mendacijs, vt ibi. Et
ex hoc arguitur quod vbi committit causa consilio sapientis, pun
ctus est formãdus a iudice presentibus partibus, ⁊ cõsentiẽtibus,
vel saltem non contradicentibus: ⁊ si non contradicant, videt qđ
non habeant postea facultatem appellandi, dato consilio. vel con-
tradicendi quod punctus non fuerit bene formatus, quasi ista re-
latio habet vim sententie: ab ipsa tamen sententia lata super pun-
cto poterit appellari, ⁊ ostendi post factum aliter se habere in ap-
pellationis causa. Et hoc, quando tenetur iudex stare consilio ex
forma statuti: alias indifferenter possent partes appellare, licet
etiam consenserint puncto. Et iudex etiam consilium iniu-
stum sequi non tenetur, nec debet, si videat non recte consul-
tum. ff. de re iudicata. si conuenerit. et quod ibi nota. Sed si con-
sentiant quod iudex sententiet secundum consilium sapientis,
adhuc

adhuc puto quod possint appellare: quia consentire videtur con-
silio, inquantum iuste: consulatum non eligant ipsum vt arbitrũ,
vel arbitratorem, sed vt peritum, et sub rõne peritie. Et hoc tenet
Bar. in l. i. §. fuit quesitũ. ff. de appel. Ubi aũt sunt discordes in pũ
cto, nec cõcordare possunt, dicit Bar. in l. ij. C. de rela. qd iudex de-
bet eos cõpellere ad cõcordandum: et si nõ potest aliter, debet ipse
pronũtiare sm punctũ a se formatũ, factũ sic se habere: et facta illa
pnũtiatione, si nõ appellauit, stabitur puncto. Puto tñ qd si non
appellent tũc, poterunt appellare a diffinitiua: qr hoc est cõiunctũ
negotio principali. arg. de appel. c. si. li. vj. et tenet Bar. l. j. §. fuit qsi
6 tam. ff. de appel. ¶ † Quero quarto an debeat iudex referre supe-
riori qd partes cõtra litigerint, vel cõsenserint relationi. Dicit hic
Jo. An. qd sic. nunq̃ aũt teneat iudex referre de calũnia partiũ,
et variatione, cũ referat super articulo expensarũ: vide in Spec. de
rela. §. ij. versi. si. et in summa, de testi. eo. titu. de materia relationis.
7 ¶ † Quero quinto an indistincte stetur relationi. Inno. dicit hic
qd si relatio fiat de cõsensu vtriusq; partis expressio, vel illis non
cõtradicentibus, vel saltẽ nõ appellãtibus, statur relatiõi. de pur.
c. cum dilectus. versi. nos igit. et terminus in ea prefixus ad cõparẽ
dum corã superiore habet p peremptorio, sicut in termino ab ho-
mine in appellatione assignato: vt no. s. eo. c. sepe. Si aũt sit altera
parte nõ cõtradicẽte, vel appellante, nõ statur relatiõi, nisi ex aliis
8 actis relatio pbet. ij. q. vi. biduum. C. de relatio. l. j. † Si aũt relatio
fit altera parte absente, etiã per cõtumaciã. adhuc nõ statur rela-
tioni, nisi subsit alia pbatio: termini assignatio bene valet, et habet
vim peremptorii: vnde etiã nõ citata altera parte, procedere pote
rit iudex, cui est facta relatio, sicut posset iudex referens, contuma
6 cia nõ obstante. ¶ † Quero sexto an iudex relatione facta refert se
citasse alteram ex partibus, comparet pars, que dicit se non cõtu-
macem, et appellasse ex legitima causa, et causam appellationis cõ-
missam esse, quid faciet superior. dic, si verũ est qd cõmiserit, nõ cre
det relationi, sed remittet partes ad iudicẽ obtentum super appel
latione. qui cognoscet de appellatione, et an factum sit reuocandum
attentatum post appellationem, poterit etiam cognoscere ipse su-
perior, cui licet iurisdictionẽ sui iudicis reuocare. ff. de iudi. l. iudi-
cium. cum totus processus delegati ante reuocationem cõmissio-
nis valebit. de restitu. spol. audita. Procedit hoc etiam. si ex certa
scientia superioris incipiat de negotio cognoscere, vel alij cõmit-
tat: qr hoc ipso videtur reuocare cõmissionẽ alij prius factam: arg.
de cõcess. preben. qr diuersitatem. §. j. de offi. deleg. pastoralis. §. pre-
terea. de cõcess. preben. si capitulo. lib. vj. Sed est dubium, quid si cõ
missa est causa per iudicem superiorem, iudex ipse relationis alte-
ri cõmittat negotium relatum: quid facient isti? Quidam dicunt
qd debent inuicem cõuenire secundum practicam. c. pastoralis. de
rescrip. dicit Inno. qd ad hunc secundum nihil aliud pertinet, cui
est cõmissa causa relata, nisi cognoscere an causa relationis primo
commissa fuerit: nam ex quo de hoc constiterit, debet remittere ad
illum iudicẽ, cui causa appellationis fuit cõmissa, ad quem perti-
net cognoscere an sua sit iurisdictio. de rescrip. dilectus filius. ij.
Sed est dubiũ de iudice, qui remisit. an si ipse sciat appellatum, de-
beat remissionẽ facere ad eũ, cui est causa delegata. dicit Inno. qd
si scit, vel credit iuste appellatum, prudẽter facit si supersedeat: qr
si pcesserit, postea apparente causa appellationis legitima, et vera,
omnia retractabuntur. j. e. interposita. ij. respon. et c. Romana. §. si
vero. lib. vj. Si pro indubitato habet qd appellatio sit iniusta, pro
cedere põt: et melius est qd procedat, et tenebit quicquid fit ab eo,
dummodo declaretur postea per diffinitiuam sententiam quod ap
pellatio facta fuit temeraria, et iniusta: vt. d. c. interposita. et c. Ro-
10 mana. sm Inno. ¶ † Quero septimo an debeat causa remitti suffi
cienter instructa, quando cõmittitur vt referat, et quid possit face-
re relator. dic. siue causa sit cõmissa vt intra tẽpus certũ instruat, et
referat, siue sine tempore, siue vt remittatur causa sufficiẽter instru
cta, siue vt remittat instructa, vel nõ instructa. sufficit qd remitta
tur in ea instructione, et cũ illis actis, que recepit iudex partibus
volentibus procedere: et etiã semper potest idem relator partibus,
vt coram superiore compareant, certum terminum assignare, secũ
11 dum Inn. ¶ † Quero octauo, cõmittit papa causam vsq; ad certũ
tempus finiendam iustitia, vel concordia mediante, alioquin cau-
sam remittat, an valeat remissio. Hosti. dicit quod nõ, imo nil agit:
quia totum tempus est datum ad causam finiendam, non ad refe-
rendam. Ideo si contra illud fiat, remissio nõ valet: tum quia a nõ
suo iudice fit. de iudi. at si clerici. tum quia contra formam manda
ti. de rescrip. cum dilecta. tum quia prohibite sunt relationes cau-
sa iudicij dilatandi facte. in authen. vt nõ expec. sa. ius. §. iubemus.
colla. ix. nisi in casibus. ff. de offi. proconsu. l. solet. et l. si quis. et de fal.
l. falsi. crimen. ideo quantumcunq; iudex impediatur procedere,
nunquam valet remissio, intra tempus facta, nisi de consensu par-
tium fiat, secũdum Inn. Et dicit Inn. quod absoluẽdus est reus,
cõtra quem est facta relatio, si comparuerit, et ad suum iudicẽ ordi
narium remittendus, cum causa non sit in curia per reuocationẽ,

vel appellationem, vel alios modos, quib⁹ non interuenerunt: nec
per hanc relationẽ, que nulla est, vt premissum est: ideo partes nõ
adstringunt: vt no. de elect. bone. ij. ad fi. Et si reus nõ cõparuerit,
nõ est cõtumax reputandus. Ueruntamẽ dicit qd si ambe partes
coram iudice relationis comparuissent instructe ad diem assigna-
tam coram papa, equum esset, et satis colligi posset ex vi mandati,
quod causam papa audiat: vel audiendam committat: et maxime
vbi reus aliũ iudicem nõ habet, quã papam. Nam et si relatio nul-
la sit, certum est tamen papam voluisse actori impetranti prouide
re, et ad se, si per illũ, cui committitur, non finiatur reuocare. Equũ
est ergo vt ex quo partes sunt presentes, in negotio procedant. ff. si
certũ peta. l. quidã estimauerũt. ff. de no. oper. nun. l. j. §. et post ope-
ris. de transa. c. fi. Nec debet nocere actori quod per imprudentiam
iudicis factum est. de his, que fi. a maio. par. ca. quesiuit. Imo vbi
contra iudicem habere regressum non potest, est equum subueni-
ri ex clausula generali: vt no. de rest. in integ. ex literis. Nõ obstat
si reus omnibus modis petat remitti ad papam, et non est indul-
gẽdũ malitijs hominũ, etc. ff. de rei ven. l. in fundo. Ex hac enim re-
missione nihil aliud fecit, nisi quãdam dilationẽ malitiosam, cum et
statim sub eadem forma posset committi negotium, et relatione fa-
cta legitime, iterum necesse habet in curia comparere, et iterum re-
spondere. Nil aliud ergo cõsequeret, nisi fugam iudicij ad tempus.
de presum. nullus. Et detineret forsan cõtra cõscientiam alienum.
de rescri. c. si. Equius ergo est, eũ cogere ad respõdendum: qr iudex
est papa cunctorum. ix. q. iij. cuncta. de foro compe. c. si. Debet ergo
iudex cognoscere, et terminare sententia, vel concordia intra termi
num, nec ante terminum facta remittere: post tempus autẽ remit-
tere, nec illo lapso habet aliquam potestatem procedendi, vel diffi-
niendi, nisi ante lapsum temporis de partiũ consensu fuerit facta
12 prorogatio. ¶ † Quero nono q̃ sint partes iudicis referentis lapso
tempore examinationis, et decisionis. Dic vt cites partes vt certo
die cõpareãt corã eo ad videndam, et faciendam relationem, seu re-
missionem, et audiẽdam quam facere intendit, vt in mandatis rece
pit: et si cõpareant, vel non facta peremptoria citatione poteri. face
re relationem in infinitum, ex quo tempore non est finita iurisdi-
ctio, nisi ab eo reuocet mandatum: et poterit terminum partibus
assignare ad cõparẽdum coram superiore: et si absentes sint, ita qd
reperiri possint, alias faciat hoc ante domũ publicari, vel in eccle-
sia: vt no. de eo, qui mit. in posses. c. si. Et in remissione dz facere mẽ
tionem plenam de toto processu: vt no. de elect. dudum. §. cum autẽ.
Nec potest dici, finitam iurisdictionẽ esse per lapsum temporis: qr
licet sit finita quo ad cause examinationẽ, et decisionem, nõ quo ad
remissionis actum. Et hoc probat vna pars mãdati. Qualiter au-
tem tempus computetur, recurre ad no. de sup. negligen. prela. l3.
13 ¶ † Quero decimo an sit necesse in appellatiõe a iudice remittẽte
facere mentionẽ de remissione. Dicit Innoc. quod non semper: qr
non semper fit remissio pp̃ter hoc quod superior velit de negotio
audire: tunc enim oporteret de remissione facere mentionem. s. eo.
vt nostrum. de offi. deleg. super questionum. Sed quandoq; fit, qr
partes non confidunt de iudicibus in diffinitione, licet confidatur
in cause examinatione. de rescriptis: ex parte decani. et de electio.
dudum. Et quandoq; expedit in vno loco inquiri de electione, et
14 alio pnuntiari. de elec. rescriptum. sm Inno. ¶ † Quero vndeci-
mo qualiter faciet relationem, an apertam, an clausam. dic qd fa-
ciet illam clausam, si vult, si partes nõ contradicunt: ex quo autem
partes receperunt illam clausam, sibi imputent, nec illam aperiat.
15 de offi. deleg. cum olim magister. sm Hostien. ¶ † Quero duodeci
mo qualiter tradetur exemplum litigatoribus. Dic quod tradet
sibi publicatum manu tabellionis, vel duorum bonorũ virorum,
vel sigillatum sigillo authentico. supra de probatio. tertio. et capi.
quoniam. de testib. a nobis. Et si sigillũ sit ignotum, et partes stant
illic coram superiore, bene est. de purg. cano. capit. penul. Alias fa-
cienda est probatio. de fide instru. quod super his. de cleri. peregri.
capi. primo cum concordan. Et si altera partium sit absens, arbi-
trarium est vt sic iudex posset, si sibi videatur, considerata qualita
te persone et negotij, de quo agitur, recepto iuramento partis, qd
talis fuit facta relatio ipsum admittere. supra de iureiurã. capitu.
fina. de procura. ex insinuatione. et capit. in nostra. Et imputet sibi
pars, que non venit. s. e. sepe. de electio. cap. j. lib. vj. Iudex tamen
non nimium properet. de dolo. cum olim. de re iudi. cum Bertol-
dus. de in integrum restitut. ex literis. de remissione autem an illi
fides adhibeatur de his, que attestantur super processu, vide satis
in Spec. de remis. §. vtile. versi. sed nunquid remissio. et aliquid de
16 probatio. quoniam contra. et capit. post cessionem. ¶ † Quero deci
motertio an edere teneatur inuitus indistincte iudex. Dic quod
sic, si partes instẽt. xiij. q. iij. quod precipitur. Idem si altera pars
tantum instet: ex quo consenserunt tam iudex, quam partes rela-
tioni faciende. de actio. et obli. sicut in initio. Sed si altera pars in-
stet, altera non, penitere potest iudex, quia relationem non fecit,
sed facere voluit. ff. rem ratam haberi. l. amplius. et si iam edidit

sed facere voluit.ff.rem ratam habere.l. amplius. et si iam edidit
partibus,& consentiant partes q̃ procedat, locus est penitentie,
dũmodo iudex cõsentiat.de pac.l.ab emptione.de reg.iur.c.i. Idẽ
putat quousq; fuerit superiori p̃sentata.de postu.bone.ij.versi.nec
nocebat.Non obstat.de offi.dele.significantibus:q2 ibi iurisdictio
erat extincta,& nõ resurgit etiam cõsensu partium.ff.de solu.l.qui
res.§.aream.&.l.priuatorũ.C.de iuris.om.iud.de fo.cõpe.significasti.
Sed relatio nõ extinguit,sed suspendit,sicut appellatio.s̃.eo.dire
cte.Plerũq; enim habet iurisdictio sine exercitio.de rescrip.pasto
ralis.in fi.Iudice autẽ vel altera partium resistente,ex quo relatio
semel est edita,& tradita partibus,nõ est locus penitẽtie,vt hic.ad
hoc quod no.de offi.deleg.licet vbi sunt remissi ad Specu.

1 ☞Appellare licet,vbi delegatus aliq̃d innouat,vel diẽ preuenit.
2 Vendere quod non liceat victualia nisi in vno loco potest pacto in-
duci.10.
3 Attentare non dicitur,qui lite pendente cõtra statum litis vtitur
sua possessione.
4 Lis non dicitur pendere solo actu citationis.
5 Citatio operatur litis pendentiam,quando de voluntate partium
data est dilatio ad litigandum.nu.14.
6 Dilatione pendente iudicis officium conquiescit.
7 Iudicis suspecti impetratio non valet.
8 Impeditus facto procuratoris in prosecutione appellationis po-
test post annum prosequi.
9 Procuratoris factum contra mandatum,ex quo cõtingit prolon
gatio & temporis cursus non preiudicat domino.
10 Artem suam exercere non potest quis per priuatum impediri.
Edificare an liceat cuilibet in suo fundo id,quod vult.
11 Furnarius aut molendinarius quando possit impedire alium ne
furnum aut molendinum,etiam in suo fundo faciat.nu.15.
12 Iudex petitus quando possit dari vt teneat impetratio.
13 Carnifex potest impedire ne fiat carnificina in alio loco.
14 Iudicem quis appellare videtur per acceptationem dilationis.
15 Attentata an possint peti reparari implorato officio iudicis ordi
narij,vel delegati,ante litem contestatam.
16 Iudicis officium an dilatione pendente conquiescat.
17 Procuratoris negligentia domino nocet in iniunctis domino.


1 Ignificante. ¶†Vbi ante sententiam
circa id,de quo principali-
ter litigatur,aliquid innouat delegatus, vel diem pre-
uenit,appellare licebit.h.d.In prima appellantis nar-
2 ratio.In secunda cause cõmissio,ibi ideoq;.¶†Nota quod pacto
vel consuetudine induci potest,ne victualia vendantur,nisi in vno
loco ad commodum illius,cuius est locus,quãquam priuatus.Et
no.q̃ eo q̃ alibi venduntur,cum per hec alius acquirat quasi pos
sessionem huius iuris vt solidi restricti ad vnum locum,dicitur cũ
3 in libertate possidendi priuare.¶†Nota secundo, quod lite pen-
dente non dicitur quis attentare contra statum litis vtendo sua
4 possessione,licet repugnet iuri ad iudicium deducto. ¶†No.arg.
quod dicitur lite pendente attentata retractari:quod lis non dici
tur pendere per solum actum citationis,vt possit iudicis officium
5 implorari,sed per actum contestationis litis. ¶†Not.quod post
dilationem temporis ad litigandum de voluntate partium statu-
tum anteq̃ labatur,non potest aliqua partium mouere iudicium,
6 nec in principali,nec in attentatis. ¶†Nota q̃ dilatione penden
te quiescit iudicis officium,quando non est reuocata, nec pendet a
potestate iudicis illam reuocare.Et no.argu.q̃ non potest iudex
7 reuocare dilationem datam de partium consensu.¶†No.q̃ non
valet impetratio iudicis suspecti,q̃n est impetratus contra man-
datum domini constituentis:alias videtur q̃ valeat impetratio:
8 licet possit recusari.¶†No.q̃ impeditum in prosecutione appel
lationis facto procuratoris, posse prosequi post annum:& sic habe
9 re biennium.de quo.s̃.de app.ex ratione. ¶†Nota quod factum
procuratoris contra mandatum,ex quo contingit iudicij prolon-
gatio,& cursus temporis,non preiudicat domino nec in principali
10 facto,nec in temporis cursu. ¶†Opp.q̃ non possit quis habere
ius impediẽdi alios exercere artem suam:quia hoc esset monopo-
lium.ff.de monopol. per totum.Item quia in meo possum libere
edificare quicquid volo,non obstante prohibitione.C.de seruitu.l.
11 etiam.ff.de seruit.l.fi.ff.q̃ vi,aut clam.l.fi.§.pe.† Dic q̃ cõtrariũ
procedunt de iure:sed secundum aliquos ex consuetudine, vel pri-
uilegio potest quis acquirere ius,vt non nisi in tali loco vendãtur
carnes,pro quo potest agi confessoria,& possessorio,si habet posses-
sionem agens,vel habuerit:& forte decanus,& capitulum habebãt
hanc villam cõmunem cum episcopo,vel vterq; habebat ibi certa
iura, intra que dicebat capitulum quod habebat totum ius ma-
celli,scilicet quod in stallis eorum macellum teneri debebat:& erat
vtilitas,quia forte percipiebant aliq̃d pro stallo:sic & aliquando in
furnis,& molendinis,in quibus aliqui sibi vendicant quod tota
villa debeat coquere,vel molere in illis,& alteri edificanti furnum,
vel molendinum questionem mouere,s̃m Hostien.& sic in hoc alle-
gabat consuetudinem,vel priuilegium,s̃m Innocen. Non obstat
C.de monopol.per totum:quia illud loquitur, quando homines
fraudulenter faciunt pacta quod alijs non liceat vẽdere, vel quod
alias non instruant in aliqua arte:quod non licet.vt ibi. Hic vero
nulla est fraus,sed agitur ex priuilegio.Vel non licet de personis,
vel rebus,sed de loco.in quo fiat venditio,& nõ alibi:vnde licet pa-
cisci,s̃m Innocen.Dicit Hostien.hoc tenẽdum quod si res,& per
sone sint libere,seruitus non acquiritur tempore solo, quoad hoc
vt alius prohiberi possit,quod non obstante cuiusquam prohibi-
tione possit in loco edificare,cum libera sit res in iuribus in con-
trarium allega.& licet is,qui asserit sibi deberi,non possit prohibe
ri vti iure suo.ff.si seruit⁹ vẽdi.l.si quis diuturno.ff.de aqua quot.
& esti.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua plu. arcen.l. in summa.
§.idem Labeo.tamen nec alium volentem de nouo edificare po-
terit prohibere,nisi probet sibi hanc seruitutem deberi, vel ex pa-
cto cum predecessoribus habito,vel quia alias fuit prohibitus oc-
casione iuris eiusdem:& acquieuit,& postea completa fuit prescri-
ptio.C.de serui.l.in prouinciali.&.l.manifeste.C.que sit lon. consue.
l.j.fortius si longo tempore fuisset obtenta.C.de legi.l.cum de con-
suetudine vel nisi dominus ville sit ille,qui sibi asserat hanc serui-
tutẽ deberi.viij.distin.quo iure,alias quilibet est liber, & in re sua
facit quod libet,ex quo est propria,nisi quod iure dominij, aut ser-
uitutis debetur.Sic potest intelligi.Insti. de interdic.§. retinen-
de.& de libertinis.§.i.Et licet seruitus sit acquisita in vna re,vel in
vna persona,hoc non preiudicat alijs.de preseri. auditis. de offic.
ordi.dilectus.ad fi.ff.si serui.ven.l.loci corpus.§.competit.In vna
tamen re seruitus cum sit indiuisibilis, possit pro parte acquiri,
pro parte non.ff.de seruit.l.pro parte.&.l.vie.licet ad certam par-
tem fundi quandoq; restringatur.ff. de serui.l. quinta.& .l. seque.
12 ¶†Oppo.quod inhibitio partis de persona non impetranda nõ
valuerit,nec impediuerit impetrationem:quia ad velle partis nõ
est dandus iudex,sed superior eligere habet.ff.de iudi.l.obseruan-
dum.Dicit Innocen. quod si papa suo motu, & ex officio dedisset
iudices,preiudicasset episcopo lapsus anni: sed non fuit ita, imo
procurator ipse nominauit, & obtinuit quos nominauit. Habet
enim consuetudo curie quod si impetrator contradictorem nõ ha-
bet,obtinet iudices quos nominat:si habet contradictorem, dan-
tur etiam communi consensu nominati per partes. Remittit Ho
stien.de offic.delega.super questionum.§.verum.&.c. cum olim ma
gister.&.c.cum R.de causa pos.cum olim.&.s̃. de iudi. exhibita. et
forte in facto inhibuerat ne ad illos iudices impetraret, vel quod
impetraret solum ad certos datos in scriptis,vel non instaret am
plius pro impetratione,vel quod ageret in curia.secundum Inno
cen.qui dicit quod si litere fuissent impetrate de communi consen-
su partium,non sufficeisset inhibitio facta procuratori, si ad aduer
sarij,vel iudicis notitiam non venisset.de procura.in nostra.&.c.ex
insinuatione.&.c.mandato.Quod intelligit Hostien.quando inhi-
bitio fuit facta ex postfacto,& non erat in procuratorio,& impetra-
tio est iudicialis,vel de consecutiuis iudicij quod dic vt not.supra
13 de rescript.ex parte decani. ¶†Oppo.quod non potuerit retra-
ctari in pristinum statum,si ibi fuerunt alibi vendite carnes, quia
non possunt haberi facta pro infectis: vt.l.in bello.§.facte.ff.de ca-
pti.Sol. Dic quod retractabuntur : quia mandabuntur hanche
14 destrui.ff.de aqua plur.arcen.l.si vsusfructus.§.fin.¶†Quero ad
quem effectum hic prorogauerit diem.Dic ad effectum vt possent
partes super libello deliberare, secundum Innocen. Hostien.di-
cit quod dilatio non fuit data ad deliberandum,sed de suo consen
su,scilicet partium:& per hoc videbantur in iudicem consensisse,
ita quod non erat locus recusationi,nisi ex causa noua. de offic. de
15 lega.insinuante,secundum Innocen.¶†Opp.vel episcopus pos-
sidebat ius vendendi carnes in loco suo:& sic in solidum non possi-
debat capitulum,vel possidebat solum capitulum hoc ius integre
vendendi carnes in stallis suis:si episcopus possidebat,nec ante li-
tem contestatam,nec postea licuit capitulo agere vt prohiberen-
tur vendere:quia sua possessione vti prohiberetur : vt patet in.xi.
q.iij.c.quia res vt lite pendẽ. laudabilem.c. a memoria.& per totũ
ante enim debet expectari iudicium,quam quis sua possessione pri
uetur, vel possessionis exercitio.Si possidebat capitulum solidum
ius excluso episcopo,tunc & ante litem contestatã,& post,debuit ad
mitti,ad retractandum talia attentata. vt lite pendente: per to-
tum.Ad hoc hodie clementi.i.vt lite penden.Solu. Glo.ponit pri
mo vnum intellectum quod episcopus possidebat:& tunc nec ante
litem contestatam:nec post,si vtebatur sua possessiõe, poterat agi
contra eum vt prohiberetur.& secundum hec dictio presertim, stat
proprie pro maxime:q2 maxime lite non cõtest.q2 nec etiam licet li
te contest.vt voluit in prin.& glo.ij.vnde non debuit secundũ Ho-
stien.prohiberi,nec cõtra episcopum posse agi, vt prohiberetur vti
sua pos

fua possessione, maxime ante litē cōtest, vel ante aduentū iudicij, cū
ante non potuerit liquidari an ad capitulum pertinuisset. cū ante
non possint recipi testes: sic & econuerso, si eps non possidens age-
ret, hoc si liceret eadē rōne, nō licet epo edificare de nouo, donec p-
baret de iure suo: qr inducta est litis pendētia super possessorio, vel
petitorio. ff. si ser. ven. l. sicuti. §. sed si queratur. de pba. ex literis. & hic
planus est, & verus itellectus. Unde pposttera erat hec petitio, scdm Host.
cum de hoc solo inter eos litigaretur: & si admitteretur, & videret
diffinitum negotiū. Unde in effectu velle videt qd detur diffiniti-
ua, & postea lis cōtestet, & negotiū examinetur: ideo nō est audiēdū
capitulū. C. de iur. om. iu. l. iuris ordinē. de rescri. cām, que Host. po
nit aliā, scdm ponit gl. qd possidebat capitulū in solidū: & tunc lite
ra dicit qd nō poterat implorare officiū iudicis lite nō cōtest. & stet
tūc dictio Presertim, p maxime hic. tūc surgūt cōtra: qr etiā litem
nō cōtest. pōt agi de officio iudicis. c. ij. Itē qr officium iudicis in
pluribus causis pōt ante litē cōtest. implorari, si qs impedit partē
citatā corā iudice venire. de offi. dele. c. j. & pro cōtumacee puniendo.
vt lite nō cōtest. tuc. & in his, q habent. Insti. de offi. iud. §. j. & d. c. ij.
Quidam dicunt, vt gl. iiij. gl. dicit qd index ordinarius circa atten
tata pōt ante litē cōtest. impartiri officiū, sed delegatus nō pōt cir
ca attētata officiū impartiri ante lit. cōtest. & hoc, qr adhuc non est
firmiter index, cū adhuc possit recusari. de rescri. sup literis. Istā
solutionē tz Inn. qr index dz officiū suū impartiri, demū post litē
cōtest. ff. de edi. edic. l. ediles. §. itē sciēdū. Sed hoc nō videt verū: qr
& ante litē cōtest. pōt officiū delegati iudicis circa attētata implo-
